# FRANCISCI ARRETINI ELEGIA AD PIVM.II.PONTIFICEM MAXIMVM

a D uaticani præclara palatia petri
V ade precor noſtri diua Thalia memor.
I ngredere e patio ſublimes marmore poſtes:
E t ſupera timido tecta ſuperba pede.
N on reor oblitam penitus tibi qua ſit eundum:
E æ tibi nunc primum nam patuere fores.
T e placido accepit Nicolaus lumine quintus:
D ignatus ſancto ſæpe fouere ſinu.
I lle ſui Nicolaus honos:et gloria ſæcli
M axima:quo foelix principe roma fuit.
Q ui ſimulac diuus ſuperas aſſumptus in auras:
P ro meritis fruitur ſplendidiore domo.
T uqꝫ tuæqꝫ diu moeſtæ ſiluere ſorores:
C aſtalius ſicco tabuit amne liquor.
N ullus apollineo finxit noua carmina plectro:
N on ueſtrum cuiq̃ non elyconis amor.
A t nunc ingenium ſolitaſqꝫ reſumite uires:
P laudite:iam ueſter regnat in orbe Pius
L acte Thalia tuo teneris eductus ab annis:
P hoebeoqꝫ ſacrum cinctus honore caput.
N unc opuſ eſt grandi uerſus cantare coturno:
N unc aliam poſcit noſter Apollo lyram.

Inc 1343

T e dea te nunq̃ tanto iactabis alũno
P oſt pyrrham:& ſæuas deucalionis aquas.
N on ſi meonii:redeant & ſacra maronis
C armina:pelidæ uel phrygis arma ducis
H ic pius æneas nulli pietate ſecundus
H etruria & ueteres quem genuere ſenæ.
H ic pius æneas chriſtiq; uicarius orbi
M oribus & iuſto præſidet imperio.
Q uo duce iam florent ſtudia:& Pax aurea terris:
A urea iam redeunt ſæcula:uirgo redit.
Q uo duce barbaricas iam pridem paſſa ſecures
E xcutiet tellus turpe pelaſga iugum.
E t pius infandi rabiem proſtrauerit hoſtis:
E t ſcelerum poenas teucria falſa dabit.
P arnaſiuſq; biceps natuſq; ad ſacra ciaheron
P eneiq; comis flumina laurigeris
D epoſito ueteriq; ſitu turpiq; ſenecta
P rincipis accipient ora ſerena ſui.
T um uos antiqua repetita ſede canetis
A eneæ laudes:pontificiſq; Pii.
Hæc ego uaticinor ueniẽt:tu diua ſuperbum
I am pete foelici ſedula limen aue
E t reuerenter adi:maieſtatemq; uerendam
D ic ſaluam:ſi te neſciet:ipſa refer.
H unc tibi franciſcus tuſca de gente libellum
H as cynici ſupplex mittit epiſtolulas.

Quas pie ſumme tui pater et ſpes unica ſæcli
Vt ſolitus: placidis accipe luminibus.
Non tamen ignorat quanto maioribus ipſe
Laudibus: & quanto dignus es ore cani.
Illi non animus: deſunt pater optime uires:
Quod nequeunt humeri ferre: recuſat onus.
Nec pelago fidit parua ſe naue uadoſi:
Littora contentus ſumma ſecare maris.
Qualiacunq; igitur minimi munuſcula ſerui
Quem geris æterni ſummito more dei
Sic hominum mundiq; diu moderatus habenas
Candidus exuperes ſerius aſtra Pie.

## FRANCISCI ARRETINI AD PIVM PONT. MAXIMVM IN DIOGENIS EPISTOLAS PROEMIVM

d IOgenis philoſophi epiſtolas nuper a me e græco in latinum traductas cui potius dicare et poſſum et debeo q̃ ſanctiſſimo nomini tuo beatiſſime pater Pie? Nõ ꝙ exiguum munus et tua indignum maieſtate: et ingenioli mei uires non intelligam: ſed ꝙ pro ſuis erga me: et ſtudioſos oẽs immortalibus meritis omne meum ſtudiũ quãtulũ cunq; laborem: uigilias. iure optimo ſibi uẽdicat cle

mentia tua. Verũ ſi recto iudicio quæ te digna ſunt uellemus dũtaxat intueri: uix unus aut alter: ne dicã nemo hac noſtra ætate merita ſanctitatis tuæ laudeſ: nedũ oratione unq̃ aſſequi cõplectiq; poſſent. Nam ut id quod maximũ eſt i præſentia taceam: te ſũmũ pontificem: chriſti uicarium: alterum deum in terris. Quo nihil admirabilius: nihil ſanctius intuemur. Quãti exiſtimandũ eſt: ꝙ tãtam & tam ampliſſimã dignitatẽ ĩnumeriſ: maximiſq; uirtutibuſ: præſtãtiſſi mo ingenio: clariſſimis artibus ſũmo ſtudio: & labo re comparatis exornas: auges: illuſtras. Quæ cũ non opinione quadam: ſed certitudine: nõ auditu: ſed ui ſu ipſo: non unius aut alterius prædicatione: ſed to tius orbis teſtimonio luce clariora in te appareant: Quid admiramur ꝙ ex tãto & tã clariſſimo reueren diſſimorũ patrũ ordine: & uere uniuerſi orbis cardi num omnes uno ore te ſũmum pontificẽ iam pridẽ fore augurabantur. Siue. n. religionẽ: ſiue clementiã ſiue animi magnitudinẽ: ſiue bonarũ artium ſtudia intueri uelimus: ad hunc te ſummi pontificatus api cẽ iure ipſo quiuis aſcendiſſe profiteatur neceſſe eſt. Sed longius q̃ inſtitueram ſtudio utinã nõ audacio re profectus ſum. Neq;. n. huius loci neq; meæ facul tatis eſt innumeras maximaſq; Pii põtificis uirtutes cõplecti. Quãobrem ut ad Diogenẽ noſtrũ ueniam nihil mihi i hac præfatione de eius uita & moribus

ut in phalaride feci ſcribendum duxi. Illius.n.uitæ nulla fere mẽtio apud latinoſ: parua apud græcos fe rebatur. Ideo mihi uiſum eſt tãtum uirum pro uirili parte noſtris hominibus notum facere: & Phalarim noſtris tandem donare latinis. De hoc autem & alii nonnulli: & in primis Laertiuſ Diogenes ſcriptor ac curatiſſimus diffuſe eleganterq; oĩa digna memoria complexus eſt: & ex his epiſtolis plane intelligi po teſt qualis uir fuerit. Quẽ ego uirũ uel maxime ĩ hu manis rebus contẽnẽdis admiror: ut homo nõ ſtul tus: nullius odio: aut inuidia: omni affectu uacuus: tam libere in oẽs loqueretur. Cõfero.n.nõnũq̃ Dio genem noſtri ſæculi hominibuſ: quibus ob uirtutis ſtudium & humanarũ rerum cõtemtũ tot tantaq; ab ĩmortali deo præmia præponuntur. Nullũ tamen ui dere mihi uideor: qui uel ĩ mediocris fortunæ homi nes ea dicere auderet: quæ nulla eiuſmodi ſpe ĩ Ale xandrũ macedonem noſter Diogenes. Opeprecium igitur uel hac ſaltẽ gratia noſtræ religionis homini bus fore arbitror: ſi nõ aliorũ relatũ: ſed ſui ipſiuſ uer bis Diogenẽ eloquentẽ audiant: & qd de fortunæ & corporiſ bonis ſenſerit ĩtelligãt. Sed hæc & alia ĩ hoc uiro admiratione digna longe melius poterit tua ſa piẽtia iudicare: cui ſi ſtudiũ meũ nõ ĩgratũ ĩtellexero alia & fortaſſe maiora tuo præſtantiſſimo iudicio cõ firmatus aggrediar. nũc ad ipſũ diogenẽ ueniamus.

Diogenes Crateti.S.D.

a Vdio q̃ iniquo animo feras ꝙ athenienſes ebrii me uerberarunt: & grauibus contume liis affici ſapientiam conquereris. Certo tamen ſcias ueli Diogenis corpus ab ebriis uerberibus affectum Virtutem uero minime. Quippe quæ neq; honeſtari poſſit a prauis neq; uitupari. Diogenes igitur nullā accepit iniuriam: ſed atheniēſis populus. Ex quo nōnulli uirtutem contēnere uidētur. Itaq; ꝑꝑ unius amentiam publice iſipientes ꝑeunt: cum quæ nulli omnino uſui ſunt cōſulant: & exercitum parent ubi qete uiuere oporteret. Quod ſi a pricipio ſuam cohibuiſſent: ſtultitiā: nunq̃ i huiuſmōi mala īcidiſſent.

Dio. Megaſteni.

m . Vlta quæ Peræ noſtræ oneri erant abiecimus Thebane Megaſtenes catinū uidelicet & poculum: cum alterius loco pane: ī quo cōcauum eſt: alterius manu uti me poſſe ītelligam. Neq; me pudet huius doctrinæ auctorem q̃uis puerum oſtendere. Non.n. decet utile ad libertatem aſſequendam inuentum contemnere ſed complecti:

Dio. Timomacho

n On uidētur mihi oīa noſtra ī uirtute cōſtituta eſſe: quoniā multorū uoluntas tollit dignitatem. Neq; meliti filius cum diceret Iouem patrem hominumq; deūq;: illum honore affecit: ſed minuit

potius.Graue nãq; eſt:ut quos parentes ob morum prauitatem abdicant:eos filios Iouis eſſe credamus. Ea igitur canis ſola poterit quæ ſecũdum uirtutem efficiuntur.

Dio.Metrocli

a Sſeris ut audio nihil mirum ꝙ duplex palliũ & peram ferimus. Ego autem neutrum horũ admiratiõe dignum plane cõfiteor:ſed bonũ utrũq; cum ſpõte ꝓficiſcitur.Siquidem nõ corpus dũtaxat hac uictus tenuitate uti oportet:ſed etiam una aĩam Neque multa promittenda ſunt: facienda autem quibus nunquam contenti ſumus. Sed uitæ uerba cõſentanea oſtẽdere:et quæ audeo facere:ea et teſtati decet Fortaſſe athenienſem populum aut corinthiorũ in quos teſtes me dicere ſuſpicaberis: meam dico animam: quam mea peccata latere minime poſſunt.

Dio.Megaſteni

p Etii abſte domum & mihi gratiam habuiſti: Deinde cum cocleas cõſiderarẽ: inueni mihi domum uentorum remedium:dolium uidelicet in metroo.Ab hac igitur cura me abſolui.Quare gratulare nobis naturæ inuentoribus.

Dio.zenoni

n On iccirco parẽtibus gratia habenda eſt:ꝙ me genuerũt. Quoniã res humanæ natura

non qualitate proueniunt. Confuſio.n.elemẽtorum ꝓcreationis cauſa eſt. Atqui eorum quæ præter ſen tentiam & uoluntatem fiunt: nulla habenda eſt gra tia. Generatio autem rem ueneream ſequitur: hoc eſt uoluptatem. Nõ generationem meditatur qui gene rat. Has ego uoces omni penitus affectu uacuas ua tes ſuꝑbæ uitæ cõtrariaſ eſſe ꝓfiteor. Quod ſi cui for taſſe duriores uidebuntur: natura eas & ueritas atte ſtatur: & eorum præterea uita: qui nulla animi elatio ne ſed cum laude uitam agunt.

Dio. Metrocli

a Vdio te de uirtute ad nos ſcribere: & familia ribus polliceri oratione tua nos adducturum ut de te recte ſentiamus. Ego autẽ tyndari filiam nõ laudo: quæ medicamentũ ad dolorem leniẽdum ui no ĩmiſcuit: quoniam ſine uino afferre id oportuit. Tu quidem nihil ſtudioſo homine dignum præ te tuliſti: Sed litteris te nobis perſuaſurum arbitraris. Hoc habui quod ad te ſcriberem: ne ꝑ inania: ſed tu ipſe coram nos alloquaris.

Dio. Phanomaco

a Deo mihi uita incerta eſt: ut dũ hãc ad te epi ſtolã ſcribã me uicturũ dubitem. Feci autẽ ea dignum monumẽtum. Diuina.n.ꝗ humana maio ra ſunt. At unum nobis dũtaxat certiſſimum eſt cor ruptio poſt generationẽ. Quod cũ mihi dubiũ mini

me ſit:inanes corpuſculi noſtri ſpes & breui euolan tes abiiciédas:ne ue ſupra :hoiem ſapias admoneo.

Dio.ad Ariſtyppum.

ſ Ignificas mihi macedonũ regem uidẽdi no ſtri deſiderio teneri:bene aũt feciſti:ꝙ illi ma cedonas præpoſueris. Noſti.n.nos nullius imperio parituros. Videre autẽ meũ animũ:& me ta nꝗ hoſpi tem accipere nemo uelit. Quod ſi Alexander & uitã & uitæ noſtræ rationes cognoſcere cupit:ei ĩ memo riam reducas:tantum athenas a macedonia:quantũ macedoniã athenis abeſſe.

Dio:Metrocli

ſ I uis bonus & benignus uideri:tuis abiectis facultatibus pallio indutus ad nos uenias. Sed non potes Epheſtionis nanque foemoribus te neris.

Dio.Monemo

r Ogarunt me magarẽſes adoleſcentuli ut tibi menodorũ philoſophũ cõmendarẽ: ridiculã ſane cõmendationem. Nam ꝙ homo ſit:ipſa homi nis effigie: ꝙ philoſophus: uita & moribus cogno ſces. Qui.n.bonus eſt ꝑ ſe ipſum cõmendatur.

Dio.Menodoro

Orinicus lariſſeus auditor noſter argos clarũ equis oppidum uidere cupit. Qui abſte non multa cum philoſophus ſis poſtulabit.

Laboriosa uita

Dio. Olympiadi

r Eprehendis uitã noſtrã tanq̃ laborioſã & pp eius aſperitatẽ omnibus odioſã. Ego aũt ſpõ te mea eam cõplector: ut quicũq; me imitantur non omnino uoluptatibus dediti uideantur.

Dio. Timomacho

p ythagoras Euphorbiũ Panthi filium ſe fuiſſe dicebat: Ego autẽ cũ eſſẽ iuuenis: me Agamẽ nonem fuiſſe memini. Septrũ nãq; meũ baculus eſt: & ſagũ duplex palliũ. Sacculus uero ob pellis imita tionẽ clipeus. Quod ſi comã nõ nutrio: iuuenis tũc eram agamẽnon: nũc ſenex: caluus factus ſum. Hu iuſmodi merito & ſentiri & dici poſſũt ad eum qui ſe ſapientem profitetur.

Dio. Crateti

l Acedemonii cõtra nos legẽ tulerunt ne ſpar tam accederemus. Sed tu nil nos reueritus no mine tãtũ cynicæ ſectæ uteris. Miſeri ſane qui odio habẽt quæ uelle ſectari uidentur. At ego ſolus uirtu tẽ ſequor: nec queq̃ noui q tenuiori uictu uixerit: q̃ ego. De difficiliũ aũt rerũ tolerãtia qſnã, præſẽte Dio gene gloriabitur? Præterea nõ eſt conſentaneũ ut la cedemonii fortitudinis oſtẽdẽdæ gratia ſine muris ſpartã habitent: ĩcuſtoditã autẽ aĩam affectibus præ dam reliquãt: neq; ullũ ei præſidium ĩponãt: & cũ fi nitimiſ maximo terrori ſint: ſuis ipſi morbis ſe pire

patiãtur. Quippe q̄ uirtutẽ expellũt: q̄ ſola aĩo bene ualere: & quo cõficiuntur morbo liberari potuerũt.

Dio. Megaſteni

u Eni mi pater athenas: ubi cũ Socratis ſocium foelicitatẽ docere ĩtelligerẽ: ad eũ audiẽdũ ꝓfectus de duabus ad illã uiis diſſerentẽ inueni. Neq; plures eſſe dicebat. Alterã longã: breuẽ alterã. Licere ãt cui utrã uelit deligere. Quibus auditis nihil tũc: ſed deinde reuerſus rogaui: ut eas mihi uias oſtẽderet. Is ꝓpere ſe ſella exurgẽs ĩ urbẽ primũ. inde arcẽ uerſus nos duxit. Cui cũ appropĩquaremus duas nobis uias oſtẽdit: & quidẽ accliues. Verũ alterã breuẽ ãguſtã & aſpã: lõgã alterã: latã & facilẽ. Ibi tum cõſiſtẽs: hæ ĩquit duæ uiæ ad arcẽ ducũt: huiuſmodi ſũt quæ ad foelicitatẽ: cuiq; utrã uelit deligẽdi optio datur. Verũ alii breuioris uiæ difficultate ꝑterriti declinãt: & lõgã hãc capeſcere aggrediuntur. Ego cũ tolerãdis laboribus meliorẽ me euaſurũ intelligerẽ: accliuiorẽ illã et aſpam mihi delegi. Nã q̄ ad foelicitatem ꝑpat: eũ & ꝑ ignes & enſes uadere oportet. Hæc ille Qui cũ mihi quoq; hãc uiã aggrediẽdam ꝑſuaſiſſet ueſte me et tunica exutũ palliũ ĩduit: et ſacculũ pane poculo: catino: grauẽ humeris ĩpoſuit. Extra gutum et ſtrigilem ſuſpẽdit: præterea et baculum dedit. His ego ornatus rogaui cur pallium ĩduerit. Qui reſpondit ut te, utroq; exerceã æſtiuo calore & gelu hiemali

Quid inq̃ nõ ſimplex dediſti? Minime quidẽ. Eſſet enim ĩ æſtate nimie uoluptati: in hieme autẽ ſupra humanas uires intolerãdum. Tum ego. Ecquid me ſacculo oneraſti? At ille. Vt quocũq; ꝑ domos mẽdi cando circũferas. Quid poculo & catino? Quoniã & ſitire te & eſurire: & icc irco cibo ueſci oportet. Quid gutum & ſtrigilem addidiſti? Alterum ad laborum lenimentum: alterum ad ſitim ſqualoremq; tollen dum. Quid baculum? Ad cautionẽ. Ad quam? Ad quas dei in poetas utuntur.

Dio. Megaſtheni

a Scendi poſt certamẽ in olympia: poſtridie Ci cermus Pancratii luctator olympiaca corona ornatus cũ amicorũ turba domum rediẽs in itinere mihi obuiã factus eſt: Cui cũ manũ dediſſem: deſiſte inq̃ infoelix ab hac miſeria: & hũc animi tui faſtum deponas quæſo: q̨ ab olympiaco certamine incogni tus ad parẽtes tuos reuerteris. Et dic oro: qua nã gra tia adeo elatus es? Quid ſibi uult corona? Quid pal ma in manibus? Quid tanta ſequentium turba? Tũ ille. Quoniam in certamine omnes uici. O rem mirã inquam. Iouem ne & fratrem uiciſti? Minime. Sed quid? ſingulos ne in certamen prouocaſti? Neq; hoc quidem. Quid tãdem? Nunquid ab aliis uictos ſor titus uiciſti? Etiam. Et quonam pacto qui aliis ſuc cubuerunt: qui certabant eos te uiciſſe profiteris.

Quid præterea uiri ne erant dũtaxat qui certabant? Non.uerum etiam & pueri. Nũquid & hos fortiter ſuperaſti? Minime.non.n.meæ ſortis erant. Et quid omnes ne tuæ ſortis homines abſte uicti ſũt? Etiam dic inq̃ quæſo. Nũquid tuæ ſortis homines perfecti ſunt? Sane perfecti. At Cicermus cuius ſortis homies uicit? pfecte igitur Cicermũ uiciſti? Minime inquit. Si ergo neq; pueros neq; perfectos ſuperaſſe te dicis: Qua ratiõe te oẽs uiciſſe audes affirmare? quos nũq̃ habuiſti aduerſarios? Viros tota græcia atq; aſia cla riſſimos? Age fortiores ne q̃ tu:an pes? an iferiores? Fortiores. Fortiores ne q tibi ſuccubuerũt: appellaſ pares? & quo nam pacto pares uincere potuiſti: cum te inferiores non fuerint? Tum inferiores inquit. Et quid inquã a tanta animi elatione non ceſſas ſi infe riores uiciſti? Gloriaris perinde.n.ac ſi ſolus id face re potueris & non quilibet. Ecquis nã eſt: qui inferio res ſuperare non poſſit? Omitte igitur hæc Cicerme: neq; huiuſmodi certamine neq; aduerſus homines quibus inferior paulo poſt uel ſenectute futurus es contende: ſed quæ uere bona ſunt complectere: & in telligas: non qui ab hominibus: ſed qui animo uer berantur fortes & conſtantes eſſe: neq; loris aut pu gnis: ſed pauptate: dedecore: ignominia: exilio tole rantia: edoceri. In his contẽnẽdis te exerceaſ. Hoc.n. pacto & beate uiues: & forti animo morieris. Sin illa

proſequeris:uitam miſeram duces. Hæc cum admo nerem:& palmã abiecit & coronam: & ut ab inſtitu to & opinione ſua deſiſteret pſuaſus abiit.

Dio. ad Ariſtyppum Cyrenaicum

HVdio te cõtra nos exerceri:& apud tyrãnum ſingulis diebus noſtram exprobrare paupta tem: ꝙ aliquando ad fontem olera lauãtes in panis obſonium nos reperiſti. Ego autem quodammodo admiror beate Ariſtippe:ut qui uirtutem laudant: paupertatis accuſes: & maxime cum Socratis audi tor ſis. Et me ꝙ idem pallium & hieme & æſtate in duor: cum mulieribus mihi commune: quod obſo nium nõ ex hortis neq; ex popinis mihi compo:ſed ex gignaſiis. Sed tu mihi pp ſiculas menſas oblitus uideris: & ego tibi non reducam ĩmemoriam quãti ſit paupertas:maxime athenis: neq; me eius excuſa bo. Nõ.n. ego in te ut tu in alios bonũ repono. Satis tibi ſit. quod mihi de me ipſo credo. Cõmemorabo autẽ tibi aliquando Dyoniſiũ & beatas eius quæ te delectant conſuetudines cum uariis conuiuiis ſatu raberis. Ex quibus nos nãq; perturbamur homines alios uerberibus affectos:alios cruci affixos:in erga ſcula alios coniectos uidebamus. Aliorum præterea uxores ad iniuriam raptas. Aliorum filios & ſeruos complures non unius tantum: neque ipſius tyrãni ſed profanæ etiam multitudinis. Necnõ & te ad ne

ceſſitatem bibentem:ſtantem:ambulantem neq; po
tentem propter aureas pedicas effugere. Hæc ego
pro illis tibi obprobriis tibi inquam commemora
bo. Nos ut uiuamus lauare olera nouimus: Dyoni
ſii fores ſeruare ignari.& profecto melius q̃ uos qui
Dyoniſio conſulitis: &uniuerſæ ſiciliæ impatis. Ve
rũ eſto:quæcunq; aduerſum nos dicis intelligas:&
uerba ab effectibus non diſſentiant.Omnia.n.apud
Dyoniſium bona uerbis tenus ſunt. Libertas autem
quæ ſub Saturno fuit in ueſcẽdis pultibus ĩuenitur

Dio.Phanomaco

SEdebã in theatro: & libellos glutine reſarcie
bam. Venit Alexãder Philippi: mihiq; tantũ
eregione appropinquauit:ut ſoli ſe opponeret. Ego
cum papiri ſciſſuras uiſu nõ amplius eſſequerer:ſub
latis oculis præſentẽ agnoui. Tum ille porrecta dex
tera me nomine appellauit. Ego cõtra:uere inq̃ inſu
perabilis es adoleſcens: cũ parẽ diis habeas poteſta
tem. Ecce.n.quod dicũt ſolẽ lunæ obiectu laborare:
Idem & tu tuo obiectu effeciſti. Tum Alexander io
caris inquit Diogenes? Quid iocer inq̃? nõne uides
me incoeptam opam tua cauſa intermittere? cũ non
clarius q̃ noctu ĩtueat:& cũ nihil præſtet mihi ĩ præ
ſentia diſputare cõpellor. Nihil inquit præſtat tibi
Alexander:ne minimũ quidem inq̃. Nullũ.n.rebus
meis bellum indicit:nihil mihi eripit. Queadmodũ

macedonum lacedemoniorũq; & aliorum quorũdã opes. In quibus ſingulis rege opus eſt. Propter pau pertatem inquit præſtat. Quã inq̃ pauptatem? Tuã inquit: cum adeo mendicus ſis: ut omniũ ferme in digeas. Ad hec ego. Nõ eſt Alexãder pauptas carere pecuniis: neq; malũ ẽ mẽdicare: ſed oĩa cupiditate cõ plecti: & uim ĩferre: quẽadmodũ uos. Præterea meæ pauptatis fõtes terra: ſpelũcæ: pelles ſatiſfaciunt. quo rũ gratia nemo cũ terra aut mari bellũ gerit. Sed ſcito nos ut geniti ſumus ita uiuere. Veſtræ autẽ ſortis ho minibuſ neq; terra ſufficit: neq; mare. ſed his relictiſ in coelum contẽditis: neq; Homero creditis. qui ad noſtram emendationem ne horũ cupiditate mouere mur: diuerſorũ generũ ſupplicia deſcribit. Hæc ego cum rationibus confirmarẽ: plurimo rubore pfuſus Alexãder ad quẽdã ex ſociis cõuerſus Niſi eſſẽ inqt Alexãder Diogenes eſſe uellẽ. Inde me plurimũ hor tatus ut ſecũ militarem uix a me dimiſſus abiit.

Dio. Olympiadi.

NOli dolere cũ familiaribus Olympias q̃ pal lium induor: & hoſtiatim panẽ mẽdico: nõ enim turpia ſũt: & libero homine: ut ĩquis: indigna: ſed bona & arma cõtra eos: qui falſis utũtur opinio nibus: qui uitæ bellum indixerunt. Hæc ego nõ ab Antiſthene primum didici: ſed a diis & heroibus: & iis qui ad ſapientiã totam græciã conuerterunt: Ho

mero uidelicet & tragediarum ſcriptoribus. Hi nãq;
Iunonem Iouis coniugem in ſacerdotis faciem uer
ſam tali habitu fuiſſe ſcripſerunt.
I nclita per ſacros cogentem numina fontes
I nachidas uitæ præſtantes munera nymphas
Et thelaphum Nerculis filium cum argos proficiſce
retur: noſtro longe abiectiori habitu extitiſſe: cum ĩ
fortunæ auxilium uili panno corpus tegeret. Et Vli
xem laertis ylio domum redeuntem ſciſſum amicu
lum & fumo ſordidatum operuit. En age olympiaſ
Nunquid hic meus habitus & mendicatio turpia ti
bi uidentur? an potius & mira etiam regibus: cuiq;
ſapienti ob tenuitatem expetẽda. At Thelaphus re
parandæ bonæ ualitudinis gratia. Vlixes ut procos
iam pridem infenſos ulciſceretur: huiuſmodi habi
tu latuerunt. Ego uero ut foelicitatem conſequar: cu
ius minima particula eſt Thelaphi bonũ. Vĩco enĩ
falſas opiniones: quarum gratia non unum dominũ
eligimus: fugio morbos & forẽſes calamitates. Pera
gro liber ſub Ioue uniuerſam terram: neminẽ ne ma
gnos quidẽ dominos formido. Quod ſi hæc mea
epiſtola qua me longe meliores pallio & pera panẽ
etiã ab ĩferioribus mẽdicare oſtendi tibi cõſolationẽ
attulerit: grãs hẽo: Sin minus: fruſtra dolore afficeris

Dio. Maronicenſibus

r Ecte feciſtis ꝙ ciuitatis nomen meliore appel

latione mutaſtis: pro maronia.n. hipparchiã uocari maluiſtis. Nã ſatius ẽ ab Hipparchia foemina quidẽ uerũ philoſophiæ ſtudioſiſſima: q̃ a Marone uiro te muléto appellari.

Dio. Crateti

a Vdiui te uniuerſum patrimoniũ tuũ in fiſcũ cõtuliſſe: & ĩ medium clara uoce prædicaſſe Crates Cratetis filius Cratetẽ liberũ fecit: & hoc do no uniuerſam ciuitatẽ delectari: noſq; admirari taliũ uirorũ artifices: & hac gratia uoluiſſe nos athenis ad ſe accerſere: niſi tu ſentẽtiæ noſtræ haud ignarus diſ ſuaſiſſes: laudo animũ tuũ: & te res tuas in publicũ contuliſſe maiorem in modum letor. Quippe qui ocius expectatione melior q̃ opinaret euaſeris. Verũ tu q̃primũ ad nos redeas uelim. Adhuc eni opus eſt ut in aliis exerceariſ. Siquidẽ minime tutũ eſt ut illic morã trahas: ubi tui ſimiles nõ ĩuenias.

Dio. Metrocli

n On ſolum panis: aqua: cubile: palliũ: mode ſtiã me docent & tolerantiã: ſed ſi ita dicen dum eſt etiã paſtoralis manus. Vtinã primũ illũ bu bulcũ cognouiſſẽ. Curæ igitur hæc tibi ſint quocũq; properaueris. Eſt enĩ uitæ noſtræ conſentanea. Incõ tinẽtes autẽ mulierũ cõgreſſus lõgũ ocium poſtulã tes ualere iubeas. Non enĩ honorabile eſt ſecundum Platonẽ ut pauper id expetat. Ille autẽ perbreui uia

ad foelicitatẽ propetat:Mulierũ cõgreſſus utilis:ſed quãtũ hoc multitudini detrimentum afferat:ab his qui didicerũt intelliges. Tu noli ab incoepto deſiſte re. Noli inquã: & ſiquis huiuſmõi gratia uel canem uel aliud quiduis appellet.

Dio. Metrocli

n Oli ſtolæ Metrocles & nomini & uitæ tãtũ cõfidere :ſed etiã petẽdo hominibus neceſ ſaria:nõ.n.turpe eſt. Nã reges & prĩcipes a ſubditis pecunias:milites:naues: & q aduerſa laborãt ualitu dine:a medicis remedia. Amãtes ab iis q̃s i delitiis habẽt oſcula & cõtactus poſtulãt. Et Herculẽ ferunt ẽt a ſenſu carẽtibus uires accepiſſe.nõ tamẽ gratuito petẽdũ eſt:neq; ut deteriora:ſed ad ſalutẽ oĩum natu ræ neceſſitatẽ patere oportet. Quod cũ feceris:Hercu lẽ Iouis filiũ imitare: ut ſcilicet maiora reddas q̃ ac cipias. Quorſũ hæc? Quod nõ ad ueritatẽ eſt gloria ꝑ qua ubiq; cõtẽde:& ſi nihil cõſeq̃ris. Bona.n.quæ dã cõſuetudo eſt huiuſmõi:aduerſũ hæc bellũ ferũt Socratẽ dicere:Bonos nõ petere:ſed poſtulare. Eorũ .n.oĩa eſſe quẽadmodũ & deorũ. Qđ hic colligere conabatur:quoniã dii oĩum domini ſũt.cõia ãt ami corũ. Qui bonus ẽ:is deo amicus ẽ. petes igitur tua.

Dio. Timomacho

u Eni cizicum:ubi inter deambulãdum ianuã quãdã his uerſibus iſcriptã cõſpicatus ſum.

Natus Iouis fortiſſimus uir Hercules hic habitat. In tret hanc domum nihil mali. Conſtiti: & cũ legiſſem prætereuntem quendam ſciſcitatus ſum. Quis & un de eſſet earũ ædiũ dominus. Qui cũ me cibi petẽdi cauſa rogaſſe arbitraretur: reſpõdit. Neq̃ homo dio genes: ſed abi hinc. Tunc ego mecum. Profecto hic mihi uidetur quicũq; ſit: ex uerbis ſuiſ hoſpiciũ clau ſiſſe. Inde paulum ꝓcedens alias fores conſpicor eo dem inſcriptas iambico. Hic inquam quis nam ha bitat. Publicanus inquit homo uulgaris. Tũc hanc ne malorum ianuæ inſcriptiõem habẽt: an bonorũ? Vtrorunq; inquit. Hic ego. Et qua nam gratia? ſi ita uobis expedit hoc iambico portas ciuitatis nõ ſcribi tis: ſed domorum fores: quæ Herculem capere non poſſunt? Aut. n. ciuitatem hanc inſcriptionem habe re oportet nõ domos: aut publica uobis mala noce re nõ poſſunt: ſed priuata. Neſcio inquit ille Dioge nes quid tibi reſpõdeam. At ego. quid inquam uos ciziceni malum arbitramini? Morbum inquit: pauꝑ tatem: mortem: & id genus alia. Hæc arbitramini ſi domum ueſtram ingredientur: uobis nocumẽto fo re: ſi nõ ingredientur. Minime. Quid ni inquit? Sũt hæc inquit ut dicis? Sed nunquid ſi ea uos mala nõ attigerint ledent? Minime. Sed ſi attigerint. Domi igitur attingere uos poſſunt: non in foro. Eſt ne ali quis qui dũ in foro ſumus malo interdicat: ne nos

attingat non autem domi? Quid nam tibi reſpõdeã inquit neſcio. Quid præterea malum ne cum domũ ueſtram ingredietur uos ledit: an cũ uos ipſos? Cum nos inquit. Ergo cum opus eſſet uos: iambico inſcri bitis ianuas. Et quonam pacto Hercules cum unus ſit tot poteſt domos habere? In hoc ſane maxima ci uitatis ueſtræ ſtultitia oſtenditur. Et quæ nã inquit decẽtior fieri poſſet ĩſcriptio? Oportet ne inquã oĩo ianuam inſcribi? Sane inquit. Tum ego. Audi igitur hic pauperies habitat: intret nihil mali. Ad hæc ille. Dic quæſo meliora. Nam malũ eſt? Malum inquit ueſtra non mea ſententia. Sed nunquid lydorum bo ues conſumit paupertas? per deum non ne malum eſt. Et qd nam facit inquã: quãobrẽ malam dicis fa mem inquit: frigus: contemtum. Sed nihil horũ quæ dicis: facit paupertas. Nũquid fames? ſiquidem mul ta humi naſcuntur: quibus & famẽ poſſumus & fri gus depellere. Neq;.n. reliqua quæ nulla ſunt animã tia frigus ſentiunt. Natura inquit ita muta inſtituit. Tũ ego. Homines ratio ita facere edocet. Verũ mul ti diſſimulant propter mollitiem. Sed habent in hac uita auxilia animalium pelles: ouium uellera: ædifi ciorum & domorum parietes. Neq; propterea contẽ tum parit paupertas. Ariſtidem equidem pauperem aliquando uectigalia exigentem nemo contemſit.

Neq; Socratē Sophroniſci filiū. Siquidē pauptas nemini detrimēto ē: ſed malitia. Quid inq̄: apud nos huiuſmodi paupertas eſt: ut ſit ueſtra ſententia eligēda: uerum innumera a uobis mala abigit. Quæ nā dic quæſo? inuidias: odia: calūnias: parietum perfoſſiones: cruditates: tormenta: alios morbos q̄ grauiſſimos. Inſcribite igitur ianuas ueſtras non Herculem apud uos ſed paupertatem habitare. Siquidem quæ Hercules interimere poteſt monſtra: ea nullā uobis formidinem incutiunt. hydra uidelicet: tauri: leones cerberi: quorum nōnulla ipſi uenatu perſequimini. Verum quæ paupertate abiguntur ea moleſta ſunt: & q̄dē modica īpēſa cuſtodem ueſtram aletis paupertatem. In Hercule autem multa conſumetis. Sed infamis inquit paupertas eſt: Hercules glorioſus. Tibi inquam paupertas infamis eſt: Augeæ uero: & Diomedi thraci: & aliis Hercules. Ad hæc ille. Non pſuades mihi Diogenes ut paupertatis nomine ianuā inſcribam. Quare aliud inuenias ut herculis inſcriptionem tollendam mihi perſuadeas. Inueni iquam audi. Hic iuſtitia habitat: nihil ineat mali. Tum ille aſſentior tibi inquam. Non tamen ut Herculem deleam: ſed iuſte aſcribam. Recte facies inquam: quod cū ſcripſeris: ſupinus dormias ut ulixes: neq; quicq̄ amplius uereare. Faciam inquit: & tibi habeo gratiā

ꝗ nos a prauis affectibus liberos Diogenes reddidiſti. Hæc i cizico amice Timonache correximus.

Diogenes Policei

p Vdeat te eorũ quæ mihi minaris. Sed quid tibi nõ obſequor? ne Eriphile peior euadã. Neue meos mores male permutẽ. Ita ne me facturũ cẽſes: & rationes me ſequi nõ recordaris? Minaris aũt cantaridis minas: hoc eſt mortẽ. Neq; intelligis hoc pacto te mihi potius diſſuadere. Eſt. n. qui noſtri curam habet: & malorũ operũ debitũ ſuppliciũ exigit. uiuentibus quidẽ ſimpliciter amor. Tuis autem decuplum. Hæc ego nulla minarum tuarum formidine ad te ſcripſi. Sed ut mei gratia malo aliquo affi cereris.

Diogenes Monemo

c Vm epheſo profectuſ eſſem: rhodum prope doliorum certaminis uiſendi gratia nauigaui: egreſſus e naui oppidum ad Lacydam hoſpitem diuerti. Qui cum forte me applicuiſſe præſenſiſſet: e foro diſceſſit. Ego autem peragrata urbe nuſquã ei obuiã factus: cũ eũ in urbe eſſe intelligerẽ: in deorũ hoſpitiũ me cõtuli libẽs. Poſt tertiũ uel q̃rtũ potius diẽ cum me in uia quæ ad caſtra ducit offẽdiſſet &: ſalutauit me: & domũ obtulit: & nihil ei ſucceſſens ꝗ me tot diebus nõ conueniſſet: turpe inq̃t Lacyda

ſi deos qui cum appellenti mihi domus tua claude
retur benigne me ſuſceperũt:deſeram. Verum cum
dii nulla huiuſmodi re offendi poſſint: ſed nos ob
noſtram imbecillitatem ægreferamuſ:ueniam. Priuſ
tamen ſi placet in gymnaſium exercitationis gratia
aſcendamus. Nõ enim oportere arbitror:ſi ad te me
lioribus relictis hoſpitibus diuertam: corpus cõtem
nendum. Bene inquit dicis Diogenes. Neque ego te
ut deos reliquas. Ego autem aſcendi: & in Lacydæ
domum diuerti. Vbi apparatus erat: non qui natu
ræ & humanæ neceſſitati ſufficeret:ſed inani opiniõi
qua alii ſuperantur. Lecti namque ſtrati erant perq̃
ſumptuoſiſſimi & menſæ eregione:aliæ quidem nu
ceæ:aliæ acernæ plenæ argenti fulgebant. Ibi & mini
ſtri alii uaſa parabant:alii aliis uacabant miniſteriis.
Quæ omnia conſpicatus in hoſpitium tuum inquã
ueni Lacyda utilitatem aliquam conſecuturus. Tu
autem inimicorum paraſti conuiuium Quare iubeaſ
hæc omnia hinc auferri. Nos autẽ accipias ut heroas
in iliade Homerus in pelle bouis ſilueſtris: uel ut la
cedemoniis in thoris. Et ſine corpus quibus aſſue
tum eſt: diſcumbere. Seruus hic unus ſit qui mini
ſtret. Sufficiũt huic operi manus noſtræ etenim hac
gratia uobis a natura datæ ſunt: pocula nobis ſint e
uili luto fictilia. Potus ex fõte aqua. Cibus ſit panis:

pulmentum:ſal uel naſturtium. Hunc ego uictum: hunc potum ab Antiſthene didici nõ tanquam mala ſed omnium optima:& quæ facilius inueniri poſſunt in uia: quæ ad foelicitatem ducit: quæ diuitiis omnibus præferenda:& maximo honore habenda eſt. Eſt uia in loco munitiſſimo & abrupto accliuis & ardua: Quam ob eius aſperitatem uix nudi ſinguli ſuperare poſſunt: ne dum onere aliquo & uinculis impediti. Sed neque qui rerum aliquid neceſſariarum paret. Inter eundum uictum inuenire poſſumus herbam aut naſturtiũ. Potum facillime aquã. Maxime uero ut pfacile ãbulemus naſturtio aquæ leui pallio aſſueſcere nos oportet. Suſcipiendum cõtra terrena certamen. Nam in ſummo conſtitutus Mercurius proficiſcentes perturbat qui iniquum uiaticum non habent: ii nulla cuiuſquã ope iter faciũt. Huic ego uictui primum apud Antiſthenem aſſuetus ad foelicitatis uiam uno ſpiritu ꝑperaui:& cum iuxta accederem: hæc inquã propter te foelicitas perpeſſus ſum: Et profecto magnum bonum eſt aquã bibere:& naſturtium eſſe: & humi ſomnum capere. Tũ ego illa ego inquit hæc tibi q̃facillima reddam: & diuitiis potiora: quas mihi homines anteponunt. Neque quem alant tyramnum intelligunt. Ex illo ego foelicitatis uerbis auditis nõ amplius illa exer

citationis gratia: ſed uoluptatis comedi & bibi. Iu uit me ad hãc rationẽ & conſuetudo: quã quicunq; contẽſerit: magnũ accipiet detrimentum. Quare hu iuſmodi mihi Lacyda coenas parato. Id quod opti mum in uita eſt foelicitatem ſecutus. Diuitias autẽ his relinquas: qui ab recta uia aberrant. Qđ ſi æquo animo me audieris: illud dicã. Huiuſmodi me ſem per in coenis in poſterum & hoſpites accipias. Hoc pacto nunquã qui ad te ueniãt hoſpites declinabis: & qui ad te diuertere ceſſabũt ſæpenumero quæres. Ita oĩ carebis reprehẽſione. Hæc ego rhodi apud La cydã hoſpitẽ locutus ſum.

Diogenes Monemo

c Vm certamina longius differentur: & tu iis relictis in olympia te cõtuleris: ego qui ma iorem ĩ modum his delector: alias nundinas expe ctaui. Interea dum in foro cum populo uerſarer: & ſpatia quedam ultro citroque conficerem: & nunc uendentes: nunc fabulantes: philoſophiæq; aut uati cinii profeſſores intuerer: Quodam de ſolis natura ac poteſtate diſſerente: & omnibus perſuadente pro dii in medium. Et quando inquã philoſophe e cælo deſcendiſti? Qui cum nihil mihi reſponderet: & qui aderant diſcederẽt: ſolus cæli effigiem in ciſtella cõ ponebat. Inde ego uatẽ qui in medio coronatus ſe

debat pluris ſe faciēs q̄ Apollo diuinationis auctor prætergreſſus interrogaui. Bonus ne eſſet uates: an malus. Cum ſe optimū reſpondiſſet: Tunc ego ſublato baculo: Quid facturus ſum inquam uaticinare. Te ne percuſſero: an non. Is cum parum percogitabundus tacuiſſet: minime reſpondit. Tum ego eum irridens percuſſi. Qui aderant acclamarunt. Ego uero quid acclamatis inquam. Num quoniam malum uatem deprehenſum uerberauimus. Cū ii & alii qui in foro aderant auditis quæ feceram dimiſſis coronis me ex illo ſequerentur: & ego de tolerantia ſæpe numero diſputarem: mea uerba accipiebant: & ſermonibus meis aut coenæ aderant. Propterea mihi alii argentum: alii argento non uiliora afferebant. Multi ad coenam inuitabant. Ego a frugi hominibus uictum capiebam: a malis minime. Et qui mihi ob ea quæ primū acceperā gratiam habebant. Iterū accipiebam a non habentibus autem nihil amplius Verū ab his quærebā qui mihi panē largiebantur: & a me fructū capiebant. Alios recuſabā: minime licere ratus ut ab his q nihil a me accepiſſent quicq̄ acciperem. Coenabā autem non apud oēs. Sed eos dūtaxat: qui medicina idigerēt. Erāt aūt ii q pſarū reges ſectabātur. Diſcubui igitur apud ditiſſimū quendā adoleſcentulū in triclinio pictura auroq; oī ex parte

q̄ornatiſſimo. Cum igitur ſpuere uellem excreaui & circumactis in omnem partem oculis: cum nullius mihi ſpuendi locus reliqueretur: ipſum inſpui adoleſcentulum. Qui cum de me quereretur: noie eũ appellanſ. Quid inquam de me, & nõ de te ipſo cõqueteris? qui triclinii parietes & pauimẽta tanto ſtudio exornaſti: & te dũtaxat ĩornatum reliquiſti: ut aptiſſimus in quem ſpuerem locus uiſus ſis. Tũ ille imperitiam noſtram mihi arguere uideris. Verum non iterum hoc dixeris. Te enim ne pedem quidem amplius relinquam. Poſtridie eius diei ſuis diſtributis diuitiis: & peram & duplex pallium accepit. Nec ex quo ĩ olympia ꝓfectus ſum cõtigerunt.

Diogenes Crateti

e T ad ſtatuas quæ in foro ſunt accede: & panem pete. Hæc enĩ cura quodammodo bona eſt. Inuenies enim homines qui minus q̄ ſtatuæ ſentiant: & ſpadonibus potius & ſcurris q̄ tibi quicquam largiantur. Noli admirari quiſque proximum ſibi & non qui longe abeſt ueneratur. Proximi autẽ ſunt & qui multitudini placent ſpadones potius q̄ philoſophi.

Diogenes Crateti

m Vlti cũ breuẽ & facilẽ uiã que ducit ad foelicitatẽ eſſe audiunt: uolũt queẽadmodũ & nos

philoſophari.Cum uero ad eam perueniunt: & eius intuentur difficultatem:tanꝗ feſſi deſiſtūt. Inde nō ſuam mollitiem:ſed torporem noſtrum accuſāt. Verum tu ſine eos dormire in ſuis uoluptatibus:ī quibus nō eo labore uiuunt: ī quo nos eſſe dicunt.Sed longe grauiori. Cuius gratia oī tempore turpiſſime ſeruiunt. Tu uero perſeuera ut coepiſti:& reſiſte pariter uoluptati:& annitere labori. Vtrūq;.n.nobis certare ſolet:& in primis eſſe nobis impedimento. Illa quidem ꝙ ad turpia nos allicit: Hic ꝙ metu nos a uirtute abducit.

Dio.Monemo

c Vræ tibi ſit ex hac uita migratio. Curæ autē erit:ſi te mori meditaberis: Hoc eſt ſi adhuc uiuēs animam a corpore ſeparaueris.Hoc.n.mihi uidetur Socrates appellaſſe. Siquidem meditatio res facillima eſt.Philoſophare & conſidera quid tibi & natura & lege magis eſt cōſiderandum. In hoc dūtaxat anima a corpore ſepatur. In reliquis rebus minime.Sed cū uidet:audit:olfacit:guſtat: adeſt corpus: quaſi ex eodem capite utrūq; penderet. Cum igitur mortem non meditamur:moleſtior uitæ finis expectandus nobis eſt. Aīa namq; quaſi delitiis quibuſdam amiſſis moerore afficitur:& ſumma cum moleſtia uita cedit. Et ſi philoſophorum aīs obuia fuerit in uia maiorem in modum laborat. Diſcedit.n.ſine

duce in præcipitia hiatus flumina quoad ĩ ꝓfũdum deferatur. Siquidẽ omneſ eã fugiunt utpote q̃ multa in uita cõmiſiſſe exiſtimãt: dũ deteriori parti totius pricipatũ ꝑmiſerunt: quo tãquã in peiorũ ſtatu multa iniuſte facere coacta eſt: Verum ubi optimã meditati erimus meditationẽ: & uita ſuauis ẽ: & mors minime moleſta: & uia ꝑfacilis: ſiqdẽ quicunq; ei aïæ obuiã fit hoſpitio ĩ ſũmis delitiis ſuſcipit: & tãquã uenationẽ pulcherrimã ſũmo cum honore ad claros ĩferorum iudices adducit. Ipſa uero ut quæ meditata ſit ſola uiuere: nõ moleſte corpus relinqt. Præterea præcipuis quidem honor huiuſmõi animis: quibus corpus nõ minimæ curæ ẽ apud ĩferos habetur. Credunt enim deditas corpori aïas prauas & illiberales quæ autẽ ei nõ nimium afficiũtur: bonas: & nullius impio obnoxias. Quippe quæ ĩ uita oĩbus dominãtur & quidẽ impioſe: Et ꝓpterea ad iuſta dũtaxat: & quidẽ facillime eriguntur: nullis omnino uitiis obnoxiæ: quibus corpus eam cogit animam delectari. Quæ uoluptatibus dedita ẽ more piſcis. uel alterius bruti ſubiecti deterioris imperio. Quod ſi te nõ meditaberiſ: hæc te ſequẽtur: quãdo hinc migrare oportebit. Hic autem primum uitã dulciſſimã uiues. Viues enim liber: imperabilis: nemini ſeruiens. Parum & ad corporis tantum neceſſitatem ſollicitus: & ad totius alimentum tacendo: imꝑãdo: aſpiciendo quæ

dii hominibus modeſtiſ:& q̄ a uitæ feritate cædium & rapinarum plena abſtinent præparunt. Nulla magnarum & diuinarum rerum: ſed paruarum & non hominibus tantum communium:ſed mutis etiam cupiditas. Siquidem ob plurimarum rerum & edendi & bibendi:& rei venereæ apetitum omnes homines mali ſunt & brutorum ſimiles.

Dio. Eugneſio

u Eni megaris corinthum. Vbi in forum profectus ad puerorũ ludum conſtiti:Qui cum non recte uerſus canerent:ſciſcitanti mihi quis nam ipſorum eſſet præceptor:reſponderunt. Dyoniſium ſiciliæ tyrãnum. Quos cũ me irridere: neq; uerũ dicere arbitrarer:ludum ingreſſus ſedato animo ſedi illum expectans. Qui ĩ forum enim profectum dicebant:non multo poſt rediit. Tum ego aſſurgẽs his eum uerbis cõpello. q̄ non bene Dyoniſi doceſ. Ipſe uero me miſericordia motũ exiſtimans ob amiſſiam tyrãnidem & fortunæ mutationem:hoc ĩquit pacto Diogenes humanæ ſe res habent. Verum tu ꝑhumane facis:cũ noſtræ miſereris calamitatis. Cui ego uerum aperui. Nõ ꝙ tyrãnidem inquam amiſeris:iccirco doleo Dyoniſi: Sed qđ libere in græcia uerſatis: quodq; a ſiculis calamitatibus liberatus es: quibus te aſſummi oportuit:cum terra marique mala commiſeris.

Dio.Catnide

c Aptiões mihi & fallatias familiaris tuus Euremo propoſuit q̃maxime fieri poteſt elaboratas. Ego autem iis uirtutem honorari non cenſeo: ſi manibuſ et obſcuris pixidibus ſimiles ſint. Sed uiuendi ratione quam nudam unũquenq; præ ſe ferre oportet. Nam poſt difficiles et elaboratas inquiſitiones generoſus & ſapiens Euremo de maternis in patrem rebus tantum non nudus pugnauit: & ſapientis pugnam nonnulli ex uulgi numero & uitioſi homines diſſoluerunt. Oportuit enim ſi uirtutem familiarem habuiſſet: uel ab ipſo principio pecuniarũ cohibere cupiditatem: quæ omnium malorum nõ honeſtiſſime philoſophiæ cauſa eſt. Cuius officium eſt ut omnes cohibeat affectus. Verum athenienſes ueſtra philoſophantium ſententia iis ſimiles ſunt: qui cũ ſe ipſos ſanare nõ poſſũt aliis mederi ꝓfitentur.

Dio.Platoni philoſopho

a bominaris pallium meum & perã tanq̃ mihi moleſta & grauia: & uitæ nihil penituſ conferentia. Nõ recte facis: tibi nãq; moleſta ſũt & grauia. Quippe qui in tyrãnorum cõuiuiis ĩmodice ſaturari & pecorum uẽtre: nõ animi uirtute ornari didiciſti. Ego aũt ex quo uirtutem ãplexus ſum maius qddã q̃ cõtra uoluptatem tolerantiam etiam cũ liceat præ me ferendũ mihi pſuaſi. Siquidem præceteris homi

nibus me uitæ utilitatem afferre arbitror nõ tam ex his quibus utor:q̃ quibus talis appareo. Quis enim contra tam tenuem & paucis contentum hominem hoſtili animo pugnare aggrederetur? Contra quos autem huiuſmodi delectantur impetum facerent? Nonne contra regem aut populũ. Ex his igitur hæc ſequuntur. Omni penitus malitia anima purgatur. Inanem cõtemnit gloriam. Immo dicas reſpuit cupiditates: uera dicere: & ab omni abſtinere mendacio didicit. Qđ ſi tibi hæc non perſuadent: dede te uoluptati: & nos tãquã parũ ſapiẽtes irrideas.

Diogenes zenoni.

n Eq; uxor ducenda eſt: neq; educandi liberi: eo ꝙ humanũ genus ſit imbecillum. Nam nuptiæ curas afferũt: & filii moerore humanam afficiũt imbecillitatẽ. Qui igitur ad nuptias & filiorum educationẽ opis & auxilii gratia adducuntur: cũ poſterius intelligũt quãtis moleſtiis diſtrahãtur: eos incoepti poenitet: cũ a prĩcipio uitare potuiſſent. Qui autẽ nullo mouetur affectu: ſatis ſibi ſua ad patientiam fore arbitratus nuptias & liberorũ uitat ſollicitudinẽ. Verũ eniuero uita hominũ deſerta relinquetur. Dices. n. Vnde erit ſucceſſio. Vtinã e uita mollitia tolleretur: & oẽs ſapiẽtes efficerentur. Nũc qui nobis fidẽ adhibuerit fortaſſe deſeret. Omnis autẽ uita negligit liberorũ ꝓcreationẽ. Qđ ſi humanũ genus

defecerit:nõ tam deplorãdum eſt:q̃ ſi muſcarum & cabronum genus intereat. Eiuſmõi nãq; uerba eorũ ſunt:qui rerum naturam non conſiderãt.

Diogenes Hypponi

h Ortatis me ut ad te ſcribã:q̃d tãdem de ſepultura & morte ſentiam:ac ſi perfectus philoſophus minime futurus ſis: niſi id a nobis didiceris. Ego ãt ſatis nobis arbitror:ſi ſecũdũ naturã & uirtutem uixerimus:quod ĩ noſtra eſt poteſtate. Que aũt poſt mortẽ ſũt:ita a naturæ ratione ſepari:quẽadmodum quæ ante generationẽ nobis pſuadendum eſt. Quo.n.modo hõ natus eſt:eodẽ diſſoluitur. Nulla igitur oĩo futurorũ formidine moueare:cũ nihil ſenſurus ſis. Ego cũ moriat iuxta me baculũ ponẽdum ſtatui:ut quæ me offenſũ uenerint aĩalia abigam.

Diogenes Icetæ

n On moleſte fero pater q̄ canis appellor:& duplici induor pallio:& perã fero & baculũ. Siq̃dẽ potius letãdũ tibi ẽ:q̃ iniquo aĩo ferendũ:q̄ paucis cõtẽtus ſit filius tuus:& iis liber opiniõĩbus quibuſ oẽs ſeruiũt & græci & barbari. Nomẽ.n.cũ rebuſ inſitũ nõ ſit. Nota quædã ẽ quodãmõ.glorioſa. Cæli nãq; canis appellor:quoniã illi ſimilis ſum. Nã nõ ſecũdũ opinionẽ:ſed ſecundũ naturã uiuo ſub ioue liber:& ĩ eo nõ in pximo bonũ repono & ſtola q̃dẽ. Homerus Vlixẽ græcorum ſapiẽtiſſimum cũ domũ

rediret ex ilio minetuæ monitu ĩdutũ ſcribit:quæ tã pulchra eſſet:ut nõ hominum: ſed deorum ĩuẽtum ꝓfiteretur.Et ueſtẽ tunicãq; dedit uelamina prima: Vilia nigrãti iam pridem ſordida fumo:Et leuia ad iecit uelocis tergora cerui:Et baculum:& turpem per tuſamq; undiq; perá.Hic anſam e tortis humero ſu ſpenderat herbis.Eſto igitur bono aĩo pater:nec no minis quo me appellant: nec ſtolæ te pigeat. Nã al terum canis inuentum eſt:alterum dei.

Diogenes Sinopenſibus

u Os me exilio dãnaſtis:ego uos domo. Nam uos ſinopẽ habitatis:ego aũt athenas:hoc ẽ: uos cũ negociatoribus: ego cũ Solone: & his ꝗ græ ciã a medis liberauerunt.Vos qdẽ argiuis & uicinis acheis & hominum genere græcis inimico utimini. Ego delphis & heliẽſibus: qbus cũ & dii habẽt con ſuetudinẽ.Sed hoc ne nũc uobis primũ uideatur uti le:nobis iã pridẽ fuit Icete patris tẽporibuſ.Nunc ue ro id unum uereor: ne patriæ gratia nõ credar mole ſtus eſſe.Qd.n.me exilio dãnaſtis:hoc in meã facit defenſionem:& nihil hoc mihi magis perſuadet:Si quidem lõge melius eſt a uobis accuſari: ꝗ̃ laudari. Verumtamen timeo ne cominus qui de patria mea ſermo habetur mihi noceat: neq; alterius rei ullã ra tionẽ habeatis.Melius.n.ẽ ubicunq; ꝗ̃ ita uobiſcum habitare.

Diogenes Antiſtheni

c Vm ex pyreo in urbem aſcenderē a cōuiuio quodā:adoleſcentuli obuiā mihi facti ſunt male mihi cantu blādiētes. Quos cū tanquā hamuſ moratus eſſem abſcedamus a cane dixerūt. Tūc ego Eſto inquam bono aīo:hic canis talia non mordet: Quod ſimulac dixi:triſtitia quadam affecti coronas capite direptas laniataſq; & prætextatas:quas ad or natum induerant abiecerunt:& taciti meis uerbis au ditis cōtinuo in urbē reuerſi ſunt.

Diogenes crateti

c Vm thebas proficiſcereris ſub meridiem ex pyreo urbem aſcēdi. Cūq; ob calorem uehe mentius ſitirem:fontē petii. Ibi promēti mihi ex pe ra poculū quidam deorum qui forenſiū curā habēt: ante oculos aſtitit. Qui iunctis ī cauū manibus e fō te aquam hauſit:bibitq;. Tunc ego id mihi commo dius poculū arbitratus: tam bono & bonarū rerum præcepto uti non puduit:& ſapiēter quidem. Abieci igitur quod habebā poculū: & iuētis qui thebas ue nirent:tam præclarū inuentū tibi q̄primum litteris ſi gnificādū duxi. Quippe qui nihil bonorū ſine te co gnoſcendum mihi ſtatuerim. Tu aūt hoc publice in foro diſſemineſ ueli. Sūt et nobiſ alia præterea multa ſapiētie plena. Ampla nāq; natura eſt:quā opinione & uita eiectā ī hominū ſalutem cōuertimus.

Diogenes Hypparchiæ

d Elector deſiderio tuo:ꝙ mulier philoſophiã expetas:& noſtrã cõplexa ſis opinionem. Cuius auſteritate etiã uiri perterrentur. Verũ ut pricipii tui optatum finẽ cõſequaris cõtende. Quẽ cõſequeris ſcio:ſi a Cratete uiro perſapiẽte & nobis philoſophiæ auctoribus nõ diſceſſeris. Crebras autẽ nobis litteras dato. Multam nãq; epiſtolæ neq; minorem uim habent q̃ preſens diſputatio.

Diogenes Antipatro

n Oli nos reprehẽdere:ꝙ cũ nos ĩ macedoniã accerſiueris:tibi nõ paruimus. Nõ.n.eo feci ut athenienſẽ ſalẽ tuæ mẽſæ prætuleri. Neq; contemtam ĩ me ambitionẽ ſuſpiceris. Quarũ gratia alii fortaſſe id facerent: ut multitudini magnanimi uiderẽtur. Quod reges paruifacerent. Sed nobis q̃ macedonum mẽſa atheniẽſis ſal lõge eſt familiarior. Noſtri igitur dogmatis obſeruãtia potius q̃ tui cõtemtu tibi nõ paruimus. Ignoſce igitur nobis:ſiquidẽ ſi pecora eſſemus ignoſceres nõ parẽtibus. Neq;.n.& regis & pecoris uictus idem eſt. Quãobrem ſine fortunate Antipater unũquenq; ibi uiuere:ubicũq; ei licet Hoc.n. præ cæteris regum eſt.

Diogenes Perdicæ

ſ I cõtra gloriam pugnare uis:quæ inimicorũ fortiſſima plus q̃ thraces & peones te offen

deſcendat:medendi ſane artem apud patrem Eracli dem & eius auum Hippocratem didicit. Verũ ab iis quædã medẽdi principia hauſit:quæ ſolum illos te nuiſſe merito quis credere poteſt. Verum enĩ natura li quadam ingenii acritate fretus uniuerſam arté ple ne & exacte ipſe complexus eſt. Hic profecto animi generoſitate maiores ſuos tanto excellit:quãto in fa cultate artiſ quãplurimũ differt ab illis. Quippe nul lum extat genus ferarum terra mariq;: quibus mor tales curando ceu Triptolemus ſemina: ita Aeſcula pii adiumenta diſpargit. Quare pleriſq; locis ſibi ſa cra habentur. Et apud athenas æquis honoribus cũ Hercule & Aeſculapio ueneratur. Hunc igitur ipſum uoca:cui tantum auri atque argenri dari iubeas quã tum uelit. Hic enĩ nouit nõ uno modo morbis me deri. Hic eſt ſanitatis pater. Hic uitæ mortaliũ ſalua/ tor. Hic doloris expulſor. Hic diuinæ ſciẽtiæ ſimpli citer dux.

Rex regum magnus Artaxerſes
Hyſtani helleſpõti præfecto. S.

h yppocratis medici coi q ab Aeſculapio ducit originem gloria artis ad nos iã uſq; peruenit Dato igitur tãtũ auri q̃tũ uoluerit ac cæterarũ rerũ q bus ĩdiget nõ minus abũde:atq; illũ ad nos mittito Erit.n. pari ĩ honore cum uiris apud pſas præſtãtiſſi mis. Inſup ſiquis alius p europã uir egregie præſtãſ

reperitur. Illum domui regiæ efficito amicum pecu
niæ minime parcens. Quoniã uiros qui conſilio ua
leant nõ eſt facile inuentu. Vale.

Hyſtanes Hippocrati. S. p. d.

q Vam rex te indigens epiſtolam miſit: eã in
præſentia tibi tranſmitto. Ad quã reſpõde
q̃primum ut mature regi reſcribã. Vale.

Hippocrates medicus Hyſtani. p. S. d.

n On ſecus ac tibi ſcribo regi reſcribaſ: ꝙ uictu
ueſte domo ac cæteris ad uitam neceſſariis
ſufficienter fruor: nec mihi fas eſt a ꝑſis pecuniã acci
pere: nec uiros barbaros a morbis curare qui græco
rum hoſtes exiſtunt.

Incipiũt epiſtole ſuꝑ Democriti cura Hippo
crates Abderitarũ ſenatui. S. p. d

c Iuis ueſter Melliſagoras choũ uenit quo die
contingit ſceptri aſſumptionem fieri: & an
nuæ eſſent nundinæ: ac pompa ſumptuoſa apud cy
pariſſum: quam deo agi moris eſt ꝑ eos ad quos ſa
cra ſpectãt. Sed cũ feſtinare ex uerbis & aſpectu Mel
liſagoras uideretur: perſuaſus id quod res erat: lectiſ
litteris ueſtris admiratus ſum: ꝙ de uno homine to
ta ciuitas turbaretur: non ſecus ac ipſa ciuitas foret
homo unus. Beati profecto illi ſunt populi: qui uiroſ
probos ſibi conſtituunt pugiles ac defenſores & nõ

turres nec moenia:ſed uirorũ ſapientũ ſapientia con
ſulta.Ego quidem arbitror artes eſſe gratias deorũ:
homines uero opus naturæ.Vobis igitur uiri abderi
tæ haud ſit moleſtũ: ſi mihi uideor non a uobis ſed
ab ipſa uocari natura: ut ipſius opus quod morbo
ne pereat in periculo eſt:curem.Itaq; in curando de
mocritũ naturæ ac diis parebo prius q̃ uobis: ſi mor
bus quidem eſt:& non error:quod equidem magis
cuperem.Nam maioris ueſtræ erga illum beniuolen
tiæ ſignum eſſet:ſi ex ſola ſuſpitione tantum turba
remini.pecuniam ut ad Democriti curam ueniam:
nec natura nec ipſe deus mihi pollicetur.Quare uiri
abderitæ nec uos pecunia mecum agatis:qn potius
artis liberæ liberum opus ꝓgredi dimittatis.Quip
pe qui mercede curant:hi ſcientias ſeruire cogunt:&
illas liberas mercede efficiunt ſeruas:atq; ut mos ẽ:
cum ad curam ueniunt: qđ morbus difficillimus
ſit aliquando mentiuntur:quandoque ceu ſit facilſ
accedere negant:licet polliceantur: & ſæpe ueniunt
item non uocati. Miſera porro mortalium eſt uita:
quos itoleranda lucri cupiditas ceu uẽtus hyemalis
cõtinuo uexat:quæ cupiditas cũ iſaniæ morbo gra
uior ſit.Vtinã ipſi medici illã potius curare ſcirẽt q̃
licet noceat & ægrotare faciat.Beatos tamen efficere
exiſtimatur.Ego ãt puto aĩ morboſ ex uehemẽti iſa
nia ꝓcreari quæ mẽtibus hoĩum opiniões & fãtaſias

quaſdam imprimit:a quibus non niſi per uirtutem quis ſe purgãdo ſanatur. Equidẽ ſi uiri abderitæ diues effici uelim nõ decem talentorum gratia ad uoſ uenirem:ſed ad magnũ pſarum regem: apud quem populi & homines fortunis ac diuitiis abundant ac ceſſiſſem accitus illuc ad peſtem curãdam. Sed quia regio illa hoſtis græciæ exiſtit: a morbo peſtifero illam liberare negaui:& quantum ĩ me fuit:barbaroſ expugnaui. Erubeſcerem profecto a rege pecuniam accipere:qui patriæ eſſet infeſtus. Quam pecuniam ceu pugil ac defenſor græciæ abieci. Quippe nõ ſũt diuitiæ pecuniam undique quærere. Nã magna uirtutis miſteria in iuſtitia conſiſtunt & non ĩ his quæ fodiuntur:ſed illis in rebus quæ omnino patent & ĩ agẽdo uerſantur. Nun igitur putatis æque turpe haberi hoſtes & amicos mercede pariter curare. Sed nõ hoc mõ mea ſeſe habẽt. Quoniam ex morbis fructũ non pcipio. Democriti non libens mentis exceſſum audiui:qui ſi bene ualet amicus eſt mihi. & ſi ægrotus a me curatus:magis amicus erit. Audio illũ conſtãtẽ & benemoratũ eſſe atq; decus reip. ueſtræ. Vale

Hippocrates Philopomeni. S. p. d.

l Egati qui reip. litteras attulerunt:tuas quoq; mihi reddiderũt:quibus cum mihi hoſpitiũ & cætera ad uſum neceſſaria polliceris:lætatus ſum ualde. Veniam fortuna fauente ac etiam ſpe melio

ri q̃ exiſtimauerim ut in reſcribendo tibi ſignificaui Nam nõ inſaniam eſſe duco:ſed quoddam animi robur exceſſiuum uiri:q nec liberorum nec uxoris nec cognatorum:nec rei cuiuſquã curam gerit.& qui ſibi fidens die ac nocte in antris plurimum uel ſub arborũ umbra uel mollibus herbis uel iuxta tacitos aq̃rũ riuolos degit.Huiuſmodi & alia multa melẽcolicis eueniunt:qui taciti exiſtunt & ſolitari ac deſertorum ſtudioſi locorum:mores hominum uitantes & aſpectum ſuorum ceu extraneorum declinantes.Nec alienum eſt eos qui doctrinæ ſolũ uacant cæteras curas ob ſapientiæ ſtudium abicere.Nam ceu ſerui & ancillæ qui abſente hera tumultuando ĩuicem altercantur ſi repente hera ſupueniat:remiſſi ſubito quieſcunt. Nota
Eodem mõ animi hoĩum affectus uitiorum miniſtri cum ſapientiæ conſpectus illuxit: ceu ſerui abdicãt ſe.Itaq; ſtudiis ſapiẽtiæ dediti cupiũt antra & tacita loca:non quia penitus ſint amenteſ:ſed actionũ humanarum quietis deſiderio cõtemtores. Quippe mens externis curis percuſſa cupit quietare corpus: & tũc ad quietem ſe ſtatim cõuertit. Deinde in diluculo ſurgẽs ſecũ ueri locũ circũſpiciendo inq̃rit. Vbi nec uxor nec liberi nec mater nec germãi nec cognati nec ſerui nec aliud quippiam adſit:quod pturbationem aliquam afferte poſſit. Et quæ perturbationem excludũt :illis in locis ſe libens committit.nec

turbulentis ſe appropinquare audet ob reuerentiam rerum earum quæ illic inhabitant. Habitant autem locis in illis artes: uirtuteſ: dii: demones: cõſilia: ſciẽtiæ. & magnus polus rapaciſſimus aſtris illic perpetuo defulget. Quem in locum Democritus forte rerum urbanarum tedio & maiori quodam ſapientiæ ſtudio ceu porro exulans ſe contulit. Et quia ſolitudinis eſt amator: inſaniæ morbo laborare putatur. Sed abderitæ ſtudent pecunia ſe oſtendere ꝙ Democritum haud intelligunt. Verum tu amice Philopomenes nobis hoſpitium para. Quippe reipublicæ illi perturbatæ turbationem denuo inferre noluerim. & maxime cũ ab antiquo amicũ præcipuum ut ꝓbe ſcis te ſemper habuerim. Vale.

Hippocrates Dionyſio. S. p. d.

a Vt apud Alicarnaſſũ amice me expeta: aut ipſe ueniendo præueni. Nam Democriti gratia abderam omnino eudũ eſt mihi: ad quẽ ægrotãtem a ciuibus ſuis publice ſum uocatus. Quorum affectio ea eſt: quod uerbis exprimi nequit. Nã cuncti ueluti una ſit anima æque ſimul ægrotant. Quare ipſi cura indigere uidentur. Ego quidẽ reor ꝙ haud ſit morbuſ: ſed excedens quoddã diſciplinæ ſtudiũ. Nec re uera excedens: ſed ab idiotis ſic reputatũ. Quoniam nunquam nocet excedens uirtutis ſtudium. Morbi uero huiuſmodi opinio prouenit ab eorum qui iudicant tarditate. Quiſq; ſane opinatur quæ ipſe non

habet:ſi alius abundet:illa quodãmodo excedere. Et forte timidus fortitudinem putat eſſe exceſſum. Et auarus magnificentiam & omnis defectus exiſti mat uirtutem omnem eſſe uitiũ excedens. Ego aũt cum illum uidero:& eius uerba audiuero: rem me/lius percipiam. Tu uero Dionyſi ut uenias ſtude. Nam donec redeo:ut hic in patria moreris uelim:& rerum mearum curam habeas:atque ciuitatem ante omnia gubernes. Ad hæc accedit ꝙ non uideo qua fortuna hic annus ſalubris eſt:& naturam teneat an tiquam cum non multum morbis abundet. Quare adſis. Domum enim meam cõmode habitabis:quo niam mihi hac mea abitione uxor apud eius paren tes permanebit:Proſpicies tamen ut continens de/gat:ne propter uiri abſentiam aliis intenderet. Et li cet a pueritia fuerit honeſta: & progenitores habue rit urbanos:& patrem habeat uirilem:uitiorumque oſorem: ſed longe tamen ſenex eſt: & mulier caſti/gatione ſemper indiget:quæ eſt natura intemperanſ & ſicut arbor aſſidue pullulat niſi aſſidue caſtige/tur. Ego autem puto ꝙ ad mulierẽ cuſtodiẽdã ami/cus q̃ parẽs ſit diligẽtior. Na nõ idẽ amoris affectus amico eſt qui & parentibus. Cuius rei gratia corrigẽ di tẽpus ſæpius non tenet. Quippe i oĩ re ille ẽ pru dẽtior q affectu animi caret mõ ſit beniuolus. Vale

Hippocrates Damageto. S.

c· Vm rhodi eſſẽ apud te Damagete uidi nauẽ

illã quą ſolis inſcriptio ineſt prora :& contextu ꝑbe ornatã ac perplures foros habentem & eius remigiũ fabrefactum & uelox ac tutum tu longe laudabas. Eam igitur ſi fieri poteſt:non remis ſed alis armatã nobis trãſmitte. Res.n.urget amice. Nã abderã naui gare ociſſime uelim:ut ob Democritũ languẽtem lã guẽti medear ciuitati ſuæ. De cuius uiri fama iã cre do audiuiſti. Hũc patria iſanie morbo egrotare exiſti mat. Ego autem uelim ĩmo cupio: eũ certe nõ ægro tare:ſed ciues ſuos ſic opinari. Nam ſemper ridet in quiunt:& cum ridere nunquã ceſſet de quauis re: ſi gnum inſaniæ eſſe coniectant. Itaque amice amicos tuos apud rhodũ moneas:ut modeſte & non multũ diffuſe rideant:nec nimium moereant:ſed huius rei medium teneãt. Vt hoc faciens aliis comis: aliis ſtu dioſus uirtutis & curioſus exiſtimeriſ. Malũ ꝑfecto ẽ Damagete de quauis re ridere. Malũ quoq; eſt mo dum excedere. Quod ſi ſemp fiat lõge eſt deterius. Atqui dicerem ſibi. Nũquid Democrite qui egrotẽt qui moriuntur:& qui iam mortui ſũt:& qui obſidẽ tur. & quicquid mortalibus accidit mali: tibi præ ſtãt materiam ridendi? Nun deos oppugnas:cum in mũdo duo ſint præcipue moleſtia & gaudium: quo rum quod alterum abiceris beatus tibi uideris. At fieri nequit. ꝙ aut mater aut pater aut liberi aut uxor aut amici quandoque non ægrotent. At tu ob tuum

tiſum ceu omnia ſalua ſint:foelix ac beatus exiſtere putas:& ſi quiſpiã ægrotet rides:ſi moritur gaudes. Et ſiquid aduerſi audi: lætaris. Itaq; improbiſſimus es:& a ſapiẽtia plurimum abes. Si putas huiuſmodi haud eſſe mala:ſuperabundat in te bilis democrite. At ego uideor eſſe Abderites:ſed patria longe ẽ prudentior: Verũ de his magis trite ibi diſſeremus. Sed hoc ipſo tempore quo ad te ſcribo: nauis profecto tardat. Vale.

Hippocrates Philopomeni. S.d.p.

c Vm intentus cogitãſq; de Democrito qeſcerem:illa ipſa nocte circa diei ortũ ſomnium ſomniaui:quo nihil difficultatis eſſe arbitror:repẽte ſum expertus. Videbar.n.uidere Aeſculapiũ ac ipſũ ꝓpe adeſſe apud abdere portas cõueneramus. Verũ ipſe Aeſculapius nõ ſuauis neq; mitis ut ex eius ſtatuis uideri licet uidebatur. Sed forma acer & aſpectu non minus terribilis. Sequebantur aũt illũ draconeſ te uera ſerpẽtibus ampliores qui & ipſi feſtinãtes lõgo quodã tractu ſicut ꝑ loca deſerta & cauas ualles ſibilabãt. Poſt eum amici ciſtas habentes farmacorũ ꝓbe obturatas ueniebãt. Ipſe uero deus manũ mihi porrexit:quã libenti aĩo accipiẽs rogabã ut mecum ueniret:& ut in cura Democriti me nõ relinqueret. At ille inquit. Non me ĩ præſentia indiges:ſed deus mortalium atq; ĩmortalium in ipſa cura tibi aſſiſtet.

Tum ego retrouerſus aſpicio mulierem magnam & formoſam comas ſplendide & appoſite comptam. Nam eius oculorum orbes eo ſplendebant: ut aſtro rum ſplēdor eſſe uideretur: & deus ipſe iam abierat Verum mulier illa manu me capiēs molli quadam blanditia mihi blandiens ꝑ ciuitatem me ducebat: & cum ꝓpe domum ubi uidebatur hoſpitium eſſe uenimus: ut umbra receſſit: ſolum inquiens: Cras te conueniam apud Democritum. Deide cum ſe retro uertiſſet. Ego inquā rogo te optima mater: quis es? & quo te appellem nomine? Et illa ueritas ait. Sed hæc quam præcedere uides. Statim .n. alia quædam mulier apparuit: nec ipſa quidem mala ſed auſtera: ac longe inſolens: opinio inquit uocatur: & apud ab deritas habitat. Sed cum ſurrexi: mecum ſomnium examinans. Puto Democritum medico non egere: ex quo ipſe deus morborum curator abiit: ceu nō ha bens quid curaturus eſſet. At ueritas apud Democri tum ꝙ ipſe ſanus: permanet. Verum opinio ꝙ ipſe ſit infirmus apud abderitas exiſtit. Hæc uera eſſe ar bitror Philopomenes: & certe ſunt. Non enim me fugit quid ſomnia ſignificent: & præcipue cū ordinē ſeruāt. quippe medicina uaticinio cognata ē: quoniā harū duarum artiū unus eſt parēs Apollo q nobis ꝓ genitor morbos futuros prædicit: & ægrotātes curat

Hippocrates Crateuæ. S. p. d.

ſ Cio te in hærbarum uiribus cognoſcedis optimum eſſe tum tuo ſtudio:tum gloria maiorum tuorum o amice: ut a Crateua actauo tuo nihil tibi iam deſit. Nunc igitur ſi unquã alias quot & quales potes:ſane.n.neceſſitas urget: collige hærbas:atq; illas mihi q̃otius mitte unius uiri cauſa:q quidem abderita:ſed nomine Democritus: uti tota ciuitas æque ponderat. Illum ĩſaniæ morbo ægrotare aiunt; & nimirum purgatione indiget.ſi res ſic ſe habet. Sed licet credamus ꝙ non erit opus medelis tamen undiq; medicum oportet eſſe paratum. Hærbarum uero uim ſæpius apud te nõ ſecus ſum miratus ac rerum oĩum naturam diſpoſitionẽq; & ſacrũ terræ ſitum. Ex q̃ aĩantia plantæ alimẽta fortuna ac ipſæ diuitiæ proueniunt. Quaſ res utinam terra mortalibus denegaret. Quippe plus habendi cupiditas quo ſe uerteret nõ haberet. Neq; abderitæ decẽ talentis me nũc ꝓ medico accirẽt:mercennarium quẽpiã allicere putantes. Vtinam Crateua amaram huius cupiditatis radicẽ ita extirpare poſſes:ut nihil reliquiarũ ex ea remaneret. quoniã aĩos hoĩum ſimul cũ corporibus purgaremus. Sed iſta qdẽ optãda ſunt. Tu uero nũc ĩſiſtaſ & hærbaſ mõtibus ac altis ĩ locis natas præcipue colligas. Nam efficatiores ſũt & acutiores q̃ quæ ĩ lociſ humidis naſcũtur ꝑ terræ dẽſitatẽ atq; aeris ſubtilitatẽ. Qđ.n trahũt id agũt uiuacius

flores tamē illarum legere coneris:quæ iuxta lacus & loca uliginoſa exiſtunt:utputa iuxta riuoſ uel iux ta eos qui apud nos fonticuli uocātur.Nā ꝙ nō ſint ita efficaces:nec tantæ acuitatis & humoris dulcioriſ ꝑ compto habemus.Itaq; de quibus humor ſiue ſu cus exprimi debet:oēs illæ uaſis uitreis fac deſeran tur.Sed quarū hærbarū folia aut flores uſui ſūt habē di in uaſis coctilibus ꝓbe obturatis deportētur. Ne uentorū flatibus agitatæ tanquā exanimatæ uim ꝓ priam medēdi amittāt:& eas ad nos q̄ocius mittas. Accedit ꝙ huic rei tempus hoc ueris totius āni lon ge congruū eſt:& ad præfatam inſaniā curādam ne ceſſitas me urget.Quippe cū dilatio cuiq; arti aduer ſetur:medicinæ uero q̄maxime:in qua ipſa tarditas ſæpe affert ꝑiculum uitæ.Nā qui curantur eorū uita tempora exiſtunt:quorum obſeruatio eſt ipſe finis. Spero tamē ſine alia cura Democritū ſanū fore.Si ue ro quiſpiam ſit defectus:is aut naturæ aut temporis aut alia fortaſſis cauſa contigit.Multa.n.cum ſimus mortales nos latent:quæ cū neq; diligētia neq; alia ratione uerum teneatur nos ad incertū ducunt. Vis igitur omnis a nobis aggredienda eſt.Nā qui ſunt in periculo:ea quæ poſſumus ſibi nō ſunt ſatis quin quæ nō poſſumus etiam magis cupiūt.Ad duo fere ꝓpoſita nos ſemꝑ militamus.Vnū quidē hominis: alterum uero artis:Sed horum primū eſt ſane īcertū:

Alterum ſcientia diffinitum: Quibus duobus opuſ eſt quoq; fortuna. Quoniam id quod purgari debet nõ omnino cõprehẽditur: & nos ad ſtomachum purgandũ ſtatim ſuſpiciẽtes medicinæ modũ ad icognitam hoís naturã coniectamus. Nõ.n.una & eadẽ natura omniũ eſt. Et natura cuiq; aliquid tãquã ꝓpriũ semꝑ diffinit. Præterea nõnunquã ĩ ipſis hærbis ſerpentes inſpuendo eas infecerunt: ac ſpiritũ interiorẽ circũ illas inſufflarũt. Huiuſmodi q̄dem herbæ nocumentum ꝓ ſalute inferunt ac ſpiritũ: niſi quapiã nota aut tabe aut odore ferino & atro ſignũ appareat. Quo circa ars ipſa ꝓpter fortunæ caſum frequenter decipitur. Certiores igitur ſũt purgationes: quæ per elleborũ fiunt: quibus Melãpum ad natarũ Preti: & Anticereũ ad Herculis curã uſos fuiſſe narratur. At ĩ Democrito nulla huiuſmodi cura utemur. Verum ſapientia ſibi erit efficaciſſima medelarum.

## ARGVMENTVM

d Emocritus Abderites inter philoſophos ſui temporis clariſſimus familiæ ac ſuorũ tedio ciuium omiſſa uita ut ſic dicam negocioſa heremũ ꝓfectus: qui locus nõ lõge ab urbe abdera diſtabat: ſe totum ocio tradidit. Atq̄ ſuꝑ quibuſuis hominũ actibus ridere cõſtituit. Quã rem cũ ciueſ ſui aĩaduerterent: putantes illum mente eſſe alienũ: legatiõe & epiſtolis Hippocratem choum ĩ arte medẽdi eximiũ

ad curam Democriti ceu inſanientis accerſunt. Quã curam aſſũmens Hippocrates Abderã nauigat. Vbi quæ acta & quæ inter ſe ac Democritũ dicta ſũt: Damageto cui rerum ſuarum curam domo abiẽs cõmiſerat præſenti epiſtola ſignificat ſic ſcribens.

Hippocrates cous Damageto. S. p. d.

q Vod ſuſpicati ſumus: illud nimirũ Damagete fuit. Non enĩ exciderat mẽte Democritus: ſed mẽte alios lõge ãteibat: noſq; ſapiẽtioreſ effecit: atq; p nos mortales reliquos oẽs. Miſi tibi nauẽ chariſſime: quæ ut Aeſculapii uere dicatur poſt ſolis inſigne apponas etiam ſalutis. Quoniã curſum pſpere uelo ita celeri pfecit: ꝙ quo die me iturum pmiſerã: eo ipſo die Abderam applicuit. Quo cum uenimuſ: uniuerſos ciues ad urbis portas aſtare frequentes cõuenimus: ceu nõ de nihilo nos expectantes: nec uiros tãtum: ſed etiam mulieres: ſeniores pariter & iunioreſ: atq; p deos infantes pueros ipſo uultu moerorem ſignificantes. Hi quidem ſic ſe habebant pinde ac Democritus iſaniret. Ille uero eo tẽpore acrius philoſophabatur. Vt aũt me uiderunt: uiſi ſunt pauſillulum reſpirare: atq; optime ſperare. Verũ eni Philoppomenes ut me domum duceret inſtabat. Nam ut apud eum diuerterẽ ſcitu plebis erat cõſtitutum. At ego inq̃ o Abderitæ nihil extat mihi negocii: niſi ut Democritum uideã. Quod cum audiuerũt: me

laudauerunt:lætatiq; ſunt:duxerunt me cõfeſtĩ p̱ fo
rum urbis medium:alii ſequendo:alii hĩc inde præ
currẽdo. Iupiter rex ad unum uociferãtes auxiliare:
cura. Ego uero eos hortabar:ut bono eſſent aĩo uelu
ti nihil mali tũc tẽporis adeſſet:& ſi quid eſſet:illud
facile poſſe curari. Quæ cum dixi:abii. Nam domus
nõ lõge aberat:imo urbs ipſa nõ multa quidẽ erat.
Cuius ꝓpe muros inhabitabat Democritus. Nã con
tra urbis turrim quidã eminens collis extabat altis
ac denſis populis amoenus: unde Democriti ſtatio
uidebatur. Ipſe uero ſub patula frondoſaq; platano
ſolus in amictu craſſo aſſũptus pallens tenuis atque
tõſus barbã ĩ lapidea ſede ſedebat. A dextris aqula
quædã iugis e colle decurrens lenis reſonabat. Quẽ
ſupra collẽ ut ſuſpicari poteſt:erat locus nymphis ſa
cratus:uitibus ex ſe natis lõge umbroſus. Eo tẽpore
Democritus librum egregie ornatum ſup̱ genibus
habebat:& alii q̃plures circa ſe humi iacebant. Coa/
ceruauerat animalia plura:atq; illa p̱ totum diſcide
rat:& aliquando ſe inclinans curſim ſcribebat. Non
nunquam ſe cõtinens & intra ſe cogitans a ſcribẽdo
ceſſabat. Hoc cũ fecerat:parũ poſt aſſurgẽs cogitãdo
deambulabat:& aĩalium uiſceribus inſpectis: ſuoq;
loco depoſitis denuo reſidebat. Abderitæ uero moe
ſti q̃ me circum aſtabant:& a lacrimis ſe uix cõtine/
bant: Proſpice inq̄unt Democrite uitam q̄ ut uides

captus eſt mente. Nã quid uelit aut faciat neſcit: atq; illorum quiſpiã Democriti inſaniã aptius oſtēdere uolēs eiulauit uoce acuta iſtat mulieriſ ſup nati fune re gemētis. Alius pinde ac quē genuerat educauerat ue corã trucidaretur lugubri ululatu clamauit. Quē gemitũ cũ audiſſet democritus ſubridēſ ac quodã mõ deridens paulũ a ſcribēdo ceſſauit: atq; caput ſæ pius cõcuſſit. Tũ ego inq̄ uos Abderitæ hic manebi tis: Ego eni cominus pfectus ex illius ſermone mo tuq; corporis quid morbi patiatur exactius pcepero Hæc cum dixiſſem e colle qui erat decliuis & lubri/ cus innixus etiã uix ueni ad illũ. Qui cũ ppe acceſſi celerrime ſcribebat. Steti expectanſ donec a ſcribēdo ceſſaret. At ille parum ſcribendi curſũ omittēſ meq; ſecus aſſiſtentē aſpiciens inquit. Salue hoſpes. Et tu plurimũ uirorũ ſapientiſſime inq̄ Democrite. Tum ille ueritus arbitror q me nomine nõ appellaſſet in quit. Quo te appellas nomine. Nã ex ignorantia no miniſ te hoſpitem uocaui. Hippocrates inquã nomē mihi medicus eſt. Tũ ille. Ex Aeſculapii genere iqt. Fama tui in arte medendi ad nos pmagna iam uſq; puenit. Sed quæ cauſa te huc adduxit amice? Verũ ante oĩa ſedē. Vide q̄ hic foliorum aceruus uirens ac mollis ad ſedendũ iucundus? gratiora pfecto q̄ inui diosa fortunæ ſedilia. Cũq; ſediſſem: denuo inquit priuatum an publicũ te huc adduxit negociũ dicas

apte. Nam quoad potero præſtabo tibi officiũ meũ Tunc ego inq̃: ut te uirum ſapientem uiderem. Hæc uiæ cauſa fuit. Occaſionem patria præſtitit: cuius le/gatione fungor. Tum ille iquit: noſtro primum ute ris hoſpitio. Tum ego illũ ꝑ omnia experiri cupiẽs quãuis iã iſanire nõ uideretur: inq̃ ciuẽ ueſtrũ noſti Philopomenẽ? Tum ille, iquit. Quinimo: ſi demo nis ais filium: qui ſecus habitat Mercurii fontẽ. Iſtũ ipſum inquã: quo iam ab antiquis hoſpite utor. Ve rum tu Democrite me ſuſcipe hoſpitio meliori: atq; i primis expone quid ſit quod ĩ præſentia reſcribis. Tum ille puſillulum ſe continens de inſania ĩquit. Tum ego Iupiter rex? inquã ad ciues ĩ tempore ſcri bis. At ille inquit: quos aiſ ciues? Ego uero nihil o Democrite inquã. Non enim aduerti: qui uerbũ hoc mihi exciderit. Sed quid de iſania ſcribis? Tum ille quid enim aliud inquit: niſi quid ſit: & ĩ hominibuſ quomõ generetur curetur ue: cuius rei gratia diſcidi quæ hic uideſ animalia iſta: non ꝙ oderim opa dei. Sed inquiro bilis naturam atq; ſitum. Scis. n. ꝙ bilis ſupabundans homines ad inſaniam redigit: quæ bi lis a natura oĩbus ineſt q̃uis plus ĩ aliis atq; aliis mi nus. Nam eius redundãtia morbus eſt: tanquã mate ria quidem bona interdum ſubiacet mala. Tum ego ꝑ Iouem inquã o Democrite uere ac prudenter ais. Quare te beatum iudico q̃ tali ocio fruaris: quo frui

poſſe nobis nō datur. Tum ille inquit. Quia nā nō datur tibi? Quoniam inquā agri: liberi: mutuū: morbi: neces: ſerui: uxor: & alia huiuſmodi oportunitatē nobis auferunt. Tunc uir ille ſuo ſolito morbo affectus affatim riſū effudit: meq; ridēs ſubderiſit. Deinde tacitus a riſu continuit ſe. Tum ego quid inquā Democrite rides? utrum ꝓbe an improbe quæ ꝑtuli tibi dixiſſe uideor? Tū ille riſit effuſius. Abderitæ qui iſta uidebant eminus plauſerūt manibus: caput alii: alii frontem: nonnulli pilos ſibi euulxerunt. Nā ut poſtea narrarūt: tā effuſe Democritus riſerat nūq̄. Tum ego inquā. Sapientiſſime uirorum Democrite cupio huius tui riſus cauſam ſcire. Vtrum ego an ea quæ dixi digna riſu tibi uidentur: ut: per te monitus me emēdare queam: aut tu correptus a riſu abſtineaſ qui uirum non decet. Tum ille inquit. Hercle ſi me poſſes arguere: ea me curares cura: quali adhuc curaſti neminem. Tum ego inquam. Quid argui non poſſes? Nū uides eſſe abſurdum: mortes hominum ridere? aut morbos? aut inſaniam? aut cædes? aut quiduis aliud his quoque deterius. Inſuper nuptias? dies ſolēnes? liberorum educatiōem? ſacra? magiſtratus honores? & omne id quod boni nomē habet? Nam quorum miſerādum eſt rides. Quibus lætandum pari modo rides. Quare bonum & malum apud te differunt nihil. Tum ille. Iſta quidem probe narras. Sed noſtri riſus nondū cauſam tenes; quā

cũ tenebiſ:curam magis frugem:q̃ legatiõem iſtam patriæ reportabis: riſum ſcilicet meum: quo & te & alios ſapientiores efficere poteris. Pro qua re meden di artem me forte uiciſſim docebis:cognoſcens q̃to nixu quibus nõ ſit nitendum mortales innitãtur:ea continue inquirentes facienteſ ue quæ non homine ſed riſu tantum digna ſũt. Tum ego ꝑ deos inquã ſi totus orbiſ terre ſe ægrotare ignorat:nec tenet un de curam quærat extra mentem quidem exiſtit. Tũ ille ignorantia orbis multa eſt Hippocrates. Naturã enim locupletem parum conſiderat. Tũ ego inquã o Democrite iſta ſuo tempore me docebis. Vereor enim ne dum orbis inſcitiam aperies:iam tunc ride re incipias. Solue nunc tui riſus cauſam: & uitæ tuæ rationem da. Tum ille me torue aſpiciens iquit: Tu mei riſus cauſas duas eſſe putas:bona ſcilicet & ma la. Ego tantum rideo hominem ignorãtia plenum: ac recte factis omnino uacuũ qui omnibus ſuis cep tis pueraſcens ſuperfluiſ & nocuis laboribus ſe con ficit. Nam extrema terrarũ & receſſus extremos pluſ ſemper habendi cupiditate peragrat: argẽto & auro ut potiatur:ab inquirendo nunquã ceſſat:& ut plus poſſideat cum ſemper ſit anxius ſine rubore ſe bea tum appellat. Nũc terræ hiatus ſeruorum manibus perfodit. Quo in opere alii a terra fungida ſuperinci dente necantur. Alii diu illud facere coacti:tanquã i

patria illic uitam in cruciatu degunt. Inquirēdo au-
rum & argentum pulueris ueſtigia perſcrutātur: are
nam undique coaceruāt: & terræ glebaſ ſcindūt affa
tim. Atq; terram matrem ceu hoſtem fodiendo eui
ſcerāt: & quam admiratur: eandem continuo calcāt
Quantus hic riſus. Terram abſcōdi tam cupiūt quæ
patet illam aſpernātur. Canes alii emunt: eq uos alii.
nonnulli infinitos agros ſibi aſcribunt: & cum aliis
dominari uelint: ſibi ipſis dominari nequeunt. Vxo
res ducere properant: non multo poſt illas repudiāt.
Quem amant eundē item oderunt. Liberos gignūt:
illos abdicant. Quæ ſollicitudo uana profecto eſt pa
riter & abſurda: & ab inſania differens nihil. Bella
inter ſe gerunt. Aduerſantur parentibus. Regibus in
ſidiantur. Hominum cædes peragunt. Terram fo-
diunt: ut argentum adipiſcantur. Argentum adepti
agros emunt. Fructum agrorum deinde uendunt.
Fructus uendentes pecuniam denuo capiunt. Heu i
quantis rerum uolutabris uoluuntur. Pecuniam qui
non habet illam habere ſtudet: quam poſtquam ha
bet: illam abſcondit atq; celat. Huiuſmodi anguſtiaſ
quibus homines iugiter implicantur cum aſpicio:
riſus abunde effluit. Ad hæc uiri hoſtiliter inuicem
altercando leges præuaricantur. Nam litigant cum
fratribus: cum ciuibus digladiantur: non uerentur
parentes. Et iſta agunt pro rebus caducis: quarum

nullus mortalis dominus exiſtit:p nefas ſe mutuo cædunt uiolenter occidũt:amicis & patriæ ſubueni re deuitant. Indigna & inanimata diuitiis exornãt: Peculium in ſtatuis emendis erogant:eo ꝙ loqui ſi bi apparent. Qui uere loquũtur:illos oderunt. Alie na ſemp concupiſcũt. Eteni qui aridam colũt: mare affectant. Et ecõtra inſulas colẽtes aridam cupiunt. Atqui oĩa conuertũt ad eorum cupiditatem:& cum fortitudinẽ laudent:in bello uariis affectibus quotti die ſuperãtur. Quibus mẽtis oculum eluſcati uitam ſine cõſilio ducunt. Qui ergo hunc meũ cõtineam ri ſum:cũ ipſi nõ contineant inſcitiã ſuã: ſed aliũ alius derideat? Nã q ſe putat eſſe ſobrium:ebrios deridet. Alius amãtem aſpernatur:cum ipſe grauiori morbo laboret. Alii p ridiculo habent nauigantes:nõnulli agrorũ cultores:cũ ipſi riſu ſint digniores. Nã & arti bus & opere inter ſe diſſonant. Tum ego inq o De mocrite Iſta quidẽ ſũt dicta ſatis appoſite:Nec ratio ulla magis eſſet appoſita ad indicãdum mortis fra gilitatem. Verum negocia domeſtica urbana pariter & forenſia quibus hominẽ uerſari oportet:imponũt nobis neceſſitatis legem. Nõ enĩ ad ignauiã neq; ad ſegnitiem natura hoĩem genuit:ſed ad agẽdum. Ve rum ex huiuſmõi artibus ſtudiũ gloriæ ebulliẽs ani mum multorum quãuis recte ſentiãt:ſæpius & fre quẽter decipit:qui ne ruant oĩa tẽtant. Sed ob rerum

obſcuritatem caſum cauere ratione nequeunt. Nam quis unquam mortē uſuris aut diuortium expecta/uit? aut corruptelam liberorum? aut ꝑditiōem agrorum? aut nauium ſiue regni ſiue exercitus aliorumq; iacturam bonorū? Nullus.n.cadere præſumit. Quippe ſpe bona quiſq; ducitur: atq; peioris non recordatur. Igitur hic tuus riſus nunqd eſt ſuꝑ his ualde incōgruus. Tum ille inquit. Tardus quidem es inge/nio: & a mea ſentētia lōge alienus Hippocrates: qui animi motus & quietis modum ex ignorantia metiris. Nam hæc ipſa quæ dicis ſi recta mente ſequerentur: ab omni anguſtia ſe facile eriperent: atq; meum riſum ſedarēt. Nunc uero his in rebus ceu ad uitam neceſſariis inſanientes excecantur: qui recta intelligētia motus ordine carentes diſcere negligunt. Nā celeris & crebra rerum indiem accidentium mutatio & cōtinua fortunæ ratio abunde cuiq; exhibet cōſiliū. Ac certa in re atq; tranquilla uariis affectiōibus affecti aliter & aliter cupiunt ea quæ nihil conferunt: & illis inuoluuntur: quibus poſtmodum ſunt dolituri. Verum enim qui omnia ꝓ uiribus cogitat: ſeſeq; cognoſcit: ſine caſu uitā ꝑpetuo ducit: atq; cōditionem ſuam aperte cōſiderans ad cupiditatē plus ſemper habendi animum non tendit: ſed locupletem ac nutricem omnium naturam præſeferens abunde ſatis uitam pertranſiret. Quemadmodum.n.in bona

corporis habitiõe piculum morbi pſpicuum ſæpius ineſt:Sic in magnitudine pſperitatum nihil ſubeſt diu tutum:& in aduerſis qui ſit animo fortis:liquido apparet.Multi quæ ſunt prope non uidentes ſua quadam affectiõe pereunt. Quæ uero clara ſunt ceu ſub nube intuentur: & cum longam hominum uitam pro ſpeculo habeant ſuper his quæ fieri aut nõ fieri conuenit:qua potiſſimum re futura prouidẽtur tanto aciem magis obtundunt. Hæc & huiuſmodi mei ſunt riſus.Stulti quidem homines ex inſpirato nequitiæ cupiditatis auaritiæ inimicitiarum doli inſidiarum iuidiæ atque aliarum animi affectionum: quarum multiplicem difficile eſſet molitionem exponere:indiem poenas continuo dant. Atque ut ſũmatim dicam ignorantia omnibus dominatur. Nã peruerſe cum rem teneant:doloſis captionibus concertant.Quippe quæ uirtus ſpectat ad mores :illam ad deterius ſemper deprauant: eo quod uoluptates & mẽdacia ſẽper ſequũtur:legeſq; aſpernãtur.Quod hinc uel maxime ſcire licet.Nam alter alterius ignorantiam culpat:cũ ipſe uiſu audituq; careat:qui duo ſenſus i homie ſũt præcipui ad futurum & quod inſtat cõſulẽdũ.Iſta deinde cum grauiter ferãt:eiſdem denuo ſe implicant.Nauigare enim execrantes item denuo nauigant.Cultus agrorum omittenteſ rurſuſ agros colunt.Vxorem repudiãtes ab integro alterã

ducunt & quos genuerunt cum ſepelliuerint: alios
cõfeſtim educãt. Senectutẽ optãt: illam adepti crimi
nantur. In nullo ſtatu cõſilio pſeuerãt. Reges & pri
cipes uitam priuatam approbant: priuati uero regiã
uitam affectant. Qui ocio ſũt dediti: negocioſos lau
dant. Negocioſi ecõtra ocioſos uti tutiores laudibus
efferunt. Locupletes uitã tenuẽ præponunt. Tenues
locupletum uitã expetunt ceu magis copioſam. At
uitam qetis quæ plana lucida & ſine caſu eſt: nec di
ſcere uult quiſpiam: & eam igredi audet nemo. Sed
in aduerſam quæ dura aſpera ue eſt: oẽs ferũtur præ
cipites. Qua in uia qui icidunt: incidunt autẽ q̃plu
res: nõ ſecus anhelãt: q̃ quos hoſtes pſequũtur: & q
primi eſſe putantur: ultimi repiuntur. Quidam ipu
dentia confuſi cum ſuos amores habeant ſuſpectoſ:
alterius lecto furtim tabeſcunt. Alios iſanabilis aua
ritiæ morbus cruciat. Alii inuicem cũ impetu ruunt.
Nõnulli gloriæ ſtudio ad aſtra uſq; elati uitiorũ mo
le ad imum uſq; corruunt. Quidã fodiunt ut ædifi
cent: ac ædificando gaudent: quos poſtmodum poe
nitet opum ſuorum. Amicitiæ iura tollunt: atq; illa
i odium uertunt: pximos expugnant pariter & pro
pinquos. Et harum rerum auaritia auctor eſt: & cum
nihil differant a ludo puerorum: qui nihil cõſilio p
ætatem agunt. Sed quæ ſibi iucunda uidentur p cu
piditate tãtum ſequuntur a brutis aïalibus ſepantur

Nam animalia bruta cũ ſuæ cupiditatis ſatura ſunt: ꝑ tẽpore quieſcunt. Nec ut plus habeãt quærũt. Nullus unquã leo humi aurum abſcõdit. Sitit aper quouſq; aqua ſatur ſit. Lupuſ quoad ſe expleat deuorat: ſed ſatur factus poſtmodum quieſcit. Pardus ultra expletionẽ nihil tunc ulterius quærit. Taurus paſcẽdo expletus a pabulo deſiſtit. At hõi ut ſe expleat: nec dies nec noctes ſatis ſunt. Feratũ coitus annũ ferecesſat. Homo in coitu aſſidue irretitur. Nũ ridebo hominẽ qui ſuos fleat amores: a quibus cũ peculiũ cõſumpſit excluditur? Nũ ridebo eum: qui ſe & ſua ſcopulis & pelago cõmittit: cũ naufragus mare exe cratur? Nũ ridebo eum qui maiori pondere nauim onerauit: cum iacturã nauis deplorat? Hæc & ſimilia o Hippocrates nõ tibi uideor iure ridere? Veli equidem ualidiorem quãpiam medelam poſſe adinueni re. Sed nõ eſt opus medela: etiam ſi poenis eſſent farmaca. Qua in re ꝓgenitor tuus Aeſculapius ſatis eſt nobis exemplo: qui cũ ſalutem mortalibus præſtitit: fulmẽ pro gratia reportauit. Nũ tibi uideor eiuſdem eſſe ſortis: qui ut ĩſaniæ cauſas quærã animalia occido? atque ut uides hic ſcindo? Sed ea cauſa ex ipſis hominibus eſſet inquirẽda. Nam ſentis totũ orbem odiis & ſimultatibus plenũ: & morboſ in eo affatim coaceruatos. Nũquid hõ ab ipſo ortu totus eſt morbus? Puer inutilis: adoleſcens ſtultus: qui pedagogi

manu regitur:iuuenis ardens & efferatus:uir ambi/
tioſus:ſenex delirus atq; miſer:qui uitã ſuam abſq;
ratione cõſumpſerit. Talis.n.ex matris utero naſci/
tur homo. Nam alii ira tumẽt. Alii ſtupris & adulte
riis ſtudent. Alii aliena cupiũt. Nõnulli ſua ſine fru/
ge cõſumũt. O ſi mihi poteſtaſ daretur domuſ oĩum
poſſe aperire: & quæ intus fiunt palam proponere.
Videres alios crapula uentrẽ diſtendi. Vino ingurgi
tari. Alios uomere. Alios tedio angi. Alios uenena
miſcere. Alios inſidias tẽdere. Alios calculũ confice/
re. Alios letari. Gemere alios. Quoſdam in amicũ ẽt
cauſam conſcribere. Alios inani gloria mente excide
re. Et alia his nõ minus perturbatiora in hominum
animis uerſari. Nam iuuenes pariter & ſenes aſſidue
petunt:abnegant:laborant mendaciis pene ac lucro
ſordidi. Alii delitiis natant. Alii fame conficiuntur.
Alii ſepelliunt bona. Alii quæ poſſidẽt paruifaciũt:
& ad ſpes maiores animum ſemper tendũt. Inſuper
alii ſunt impudentes. Alii tenaces. Alii inexplebiles
alii obſcitãtes. Alii abiecti. Alii elati inſolẽteſq;. Alii
ampulloſi & opinione inflati. Hæc præter alii cani/
bus:alii equis:alii ſtatuis:alii gẽmis:alii tabulis:alii
legationibus:alii armis:alii ſacris:alii coronis:alii cæ
dibus:plures rapinis ſolliciti ſunt. Hi omnes impe/
tu feruntur. Alius ad bellum nauale: terreſtre alius:
alius ad agros:alius ad forum: alius ad roſtra:alius

ad ſubſellia:alii ad theatrum: alii ad ꝓſcribendum: alii ad uoluptates:alii ad intemperantiam:alii ad ſe cordiam:alii ad deſidiam.Hæc & huiuſmodi inepta & ſine ratione mortalium ſtudia cum intueor: me a riſu continere nõ poſſum o Hippocrateſ.Accedit ad hæc ꝙ artem medendi haudquaquã habẽt acceptã. Nam moroſi ſunt aſcultando & ſapientiam uocant inſaniam.Accepi ſæpius ab ægrotantibus qui dice rent aperte:artem tuam ſibi nocuiſſe q̃plurimum:ſi ue id inuidia ſiue ingratitudine dicant.Quippe qui ægrotant:ſi quando liberantur:gratiam diis uel for tunæ agunt.Multi etiam praui natura eos oderunt: a quibus beneficium receperunt: & ægreferunt ꝙ putetur eos alicui eſſe obnoxios. Nonnulli cum in ertes ſint & ignaui:præſtantioribus inimicantur:Iu dicium eorum in ſenſu tantum cõſiſtit:quãq̃ aĩ affec tu nec id fateri:nec eius eſſe ſortis atteſtari uelit.Idq; ex inuidia præcipue oritur:nec tu es ĩſcius huiuſmõĩ nugarũ qbuſdã ex affectiõibus nõ reꝓbãdis oĩo q̃s hactenus es ſecutus ſiue rei ſiue obtrectatiõis gratia. Stude igitur ridere:cũ nulla apđ mortaleſ uera cogni tio exiſtat: ſed ſtulti ũdiq; & ũdiq; ſint ſtulti.Et hæc dicẽs ſubriſit. Mihi qdẽ o Damagete deo ſimilis ui ſus ẽ atq; eius forme oblitus,prioris:iq̃ o magne ho ſpeſ Democrite magna qdẽ mũera ex hoc tuo hoſpi tio ĩ coũ patriã reportabo.Nã admirãda ſapiẽtia tua

opipere me accepiſti. Reuertar tuarum laudum pre/
co: qui naturæ ueſtigia ſequẽdo uerũ tenes locutuſq;
es. Sed cum mei animi cultũ iã abſte pceperim: me
pmutabo. Nã & hora ita hortatur: & tui corporis ad
modum cura. Cras rurſum hic tibi adero. Et hæc di/
cens ſurrexi: meq; ſeq ille paratus erat. Accedẽti cui
dam neſcio ex quo loco pugillares dedi: atq; abii fe
ſtinans ad Abderitas: qui ceu in ſpecula me deſuper
expectabant. Ad quos cũ ueni: inquã Viri Abderitæ
gratia uobis multa ex ueſtra ad me legatione habe/
tur. Democritum nãq; uirum ſapiẽtiſſimum uidi: q
ſolus homines moderatos facere poteſt. Hæc habeo
Damagete quæ de Democrito ſcribere poſſum: idq;
pfecto libens. Vale

Democritus Hippocrati. S. p. d.

u T mihi tanq̃ inſaniẽti elleborũ dares fidem
habẽs uiris mẽte carẽtibus: a quibus ſtudiũ
nõ ad decus ſed ad inſaniã exiſtimatur: ad nos uſq;
te contuliſti o Hippocrates. & eo tẽpore ueniſti: quo
de ſitu mũdi & cæli deſcriptiõe ac de cæleſtibus con
ſcriberẽ aſtris. Scis. n. horũ naturam: & ꝙ hæc uere &
pbe ſunt conſtituta: & ꝙ ab oĩ infamia atq; ſtultitia
nimirũ lõge ſunt remota. Qua in re meũ cõmẽdaſti
ingeniũ: & illos hebetes ac ueluti inſanos iudicaſti.
Quippe quæ ſub imaginibus p aerẽ diſpoſita ſũt: ea
nos errare ſæpius faciũt: ſed quæ ĩ mũdo cõſpiciũtur

& athomis fabricata exiſtũt: Horũ naturã mens mea inquirẽs in lucem ſine errore adducit. Quas res libri quos iam ſcripſi apte atteſtãtur. Debes igitur & tu o Hippocrates cũ huiuſmõi uiris nõ cõuenire: & minus cõuerſari: quorũ aĩos infirmos & icertos eſſe cognoſcis. Nã his cũ crederes: ſi ellebori poculũ mihi ut inſano dediſſes: ita me inſanire feciſſes: quod artẽ tuã teq; ipſum demũ acriter dãnaſſet: licet ars nõ eſſet ĩ culpa. Quoniam ſi ſanis detur elleborus: mentem pculdubio obtenebrat. Si uero inſaniẽtibus detur: nimirum mire cõducit. Scis enĩ ꝙ ſi me non iueniſſes ſcribẽtem: ſed aut incluſum: aut temere deambulantẽ: mihi ipſi loquẽtẽ: & quandoq; me pturbantem: quandoq; ridẽtẽ ſup rebus p me opinatis: neq; mihi loquẽtibus attẽdentẽ: neq; mẽte & aĩo inſiſtentem: ac fixe quandoq; cogitantẽ: cognouiſſes profecto ex uiſu & oculorũ iudicio inſaniẽti ſimilẽ fuiſſe Democritum. Sed oportet medicũ non ſolũ aſpectu morbos iudicare: ſed rebus ſcrutari ac recẽſere ut plurimum utrum morbus tunc incipiat: an medium teneat: an iam deſinat. Præterea uarietatem tempus & ætatem obſeruare: ac demum tunc morbum curare: nec minori diligentia totam mẽbrorum corporis naturam inſpicere: quoniam ex his omnibus morbi facile inueniuntur. Miſi tibi quæ de inſania nuper notauerim. Vale.

Hippocrates Democrito.S.p.d.

a Rtis medicinæ ſalutares effectus o Democri/
te pleriq; homines oio nõ approbãt.Sed diis
ſæpenumero aſcribũt.Et ſi natura aduerſi quippiam
agat:& quem curamus:illum interimat:medicũ ícu
ſant:deos omittũt.Quare puto plus uitupationis q̃
laudis hanc medendi artem ſortiri.Qua in arte licet
ſim iam ſenior:ad medicinæ finem nõ perueni.Nec
ipſe artis íuentor Aeſculapius q̃ quãdoque ſibi ipſi
diſſonat:ut libri ab eo ſcripti demõſtrãt.Per ea quæ
nobis ſcribis medicinã ellebori dãnare uideriſ.Veni
equidẽ o Democrite:ut tanquã inſanũ te elleboro cu
rarem:haud diuinans q̃s tu utiq; eſſes.Sed ut te ui/
di p Iouem nõ opus dementis:ſed benigne ſuſcipiẽ
tis conſpexi:& ſũme tuũ cõmendaui ingeniũ:atque
optimũ mundi naturæq; interpretem iudicaui.Verũ
ení qui me induxerunt:illos ut inſanos dãnaui.Nã
ipſi elleboro indigebant.Sed ex quo utriuſq; noſtrũ
uoluntas nõ in unum adduxit:recte facies:ſi crebro
ad nos ſcribens quæ ſcribis:eorum nos pticipes fa/
cies.Nam & ipſe tibi miſi quæ de ellebori effectiõe
iam ſcripſerim.Vale.

Hippocrates Theſſalo filio ſuo.S.p.d.

c Ognitionẽ geometriæ arithmeticæq; ut pbe
teneas cura fili diligenter.Nam nõ ſolum tibi
uitam præclaram et utilitatis plurimum í humana

ſorte præſtabit:ſed mentem acriorem illuſtrioremq; oibus in rebus quæ ad medendi uſum cõferunt effi ciet. Atq cognitio quidem geometriæ quæ ex pluri/ bus figuris ſpetiebuſq; pluribus exiſtens: tota in de monſtratione conſumitur: perutilis eſt ad oſſiũ poſi tiones:directiones:ac reliquas membrorum diſpoſi tiones. Cum ipſas uarias membrorum diſpoſitiões reddat notiores. Nam clauſura articulorum ac oſſiũ confractorum uſtione:pforatione:cõpoſitione:ac oĩ reliqua cura ſcite medicus utitur:& qui ſit propriuſ locus cuiuſq; oſſiſ probe exploratum tenet. Ordo ue ro arithmetricæ ad circuitus & irratiõabiles febrium motus ad ægrotantium iudicium ac morborum cer titudinem mirum ĩ modum ualet. Eſt.n.lõge cõmo dum & ĩ arte medendi huiuſmodi habere adiumen ta:quæ uexatiõis & quietis ptes nõ æquas ad æquã ſortem abſq; errore notiſſimas præſtant. Quare ad utriuſq; huiuſmodi facultatis cognitionem accede/ re uelis. Vale.

FINIS

FLORENTIAE
facta eſt harum epiſtola
rum impreſſio Per Antonium
Franciſci Venetum. Anno Domini
M.CCCCLXXXVII.X.kalen.Iulias

Inc.
1343